



1.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.



TRACTATUS
IVRIDICO-POLITICVS

744.

28

DE
FAMOSIS LIBEL-
LIS

1660, 87

seu ut vulgo vocantur

PASQVILLIS,

Jusp. VI.

QUEM

IN CELEBERRIMA ARGENTORATEN-
sium Vniuersitate breuiter adum-
bravit

JOHANNES CONRADUS *Koffenbauch*/
Heilbrunnensis.



ARGENTORATI,

Typis expressit ANTHONIVS HAVG,

M DC LX.

S. Rom. Imp. Reipublicæ
HEILBRUNNENSIVM

Inclytæ

VIRIS

MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS,

AMPLISSIMIS & PRUDENTISSIMIS
DNN, CONSVLIBVS, PRÆTORI, QVATVOR VIRIS,
Syndico, cæterisque SENATVS ASSESSORIBVS,

*Dominis, Patronis, Promotoribus & respectiue Curatoribus
etatem colendis: Salutem & incolumitatem:*

P. P.



Xiguum hunc laborum, & ingenii
mei fætum, PATRES PATRIÆ, cur Vobis offe-
ram, latere Vosmetipsos non potest. Etsi e-
nim naturali lege ad hoc devinctus & obstri-
ctus sim, hac tamen sepositâ, sola recordatio
beneficiorum, quibus me prosequuti estis,
industriam qualemcunque animi mei tenuit obæratam. Tanta
enim vestra in me merita & beneficia, ut iis enarrandis non suffi-
ciam, & si sufficerem, ob moderationem tamen non auderem.
Recordor vero, ut reliqua tacito cultu venerer, illius non mini-
mi, quo me per tot annos adhuc pupillum & minorem, multis
captionibus suppositum, propter ætatis meæ imbecillitatem
consiliiq; inopiam variis salutaribus admonitionibus regere &
tueri non dedignati sitis, cum juri naturali conveniens sit, ut is,
qui perfectæ ætatis non est, alterius tutela regatur, §. 6. 1. de Attil.
& Cic. lib. 1. Off. ineuntis ætatis inscitiâ, senum pru- entia consti-
tuendam & regendâ esse. Quam ob causam gratias submisisse ago
maximas, & cum tanta Vobis debeam, quantum persolvere non
queam.

745.
queam, nihilque habeam, quod respondeat beneficentiæ
vestræ, idcirco me ipsum Amplitudinibus Vestris sisto humilli-
me, atque æterno submissionis nexu devinctum trado promtis-
sime, in huiusque rei testimonium theses hæc Inaugurales, ex
Themidos flosculis tenui manu à me contextas devote offero.
Etiam atque etiam rogando, ut pro humanitate Vestra, litera-
rium hoc munusculum, veluti tesseram animi mei ad omne
obsequiorum genus paratissimi, in submissionis testem, debi-
tisque naturalis aliqualem retributionem, fronte læta, animoq;
de more sereno suscipere, me indignum patriæ enascentem sur-
culum, favore & benevolentia vestra prosequi, studiaque mea
promovere, & ne illorum cæpta structura collabascant, juvare di-
gnemini. Regat DEUS T.O.M. actiones & consilia suo Sancto
Spiritu Ordinum universorum: eosque sinceræ fidei atque cha-
ritatis vinculo, ceu glutine quodam in unum quasi corpus
compactos custodiat & conservet: faciat, ut quod hæcenus est
præstitum, Ecclesiarum & Scholarum sint Nutritii, sub horum
felici regimine propagetur ad posteros incontaminata DEI
agnitio & religio: misericordia & veritas sibi mutuo occur-
rant: justitia & pax sese invicem osculentur: honestas & disci-
plina in omnibus Ordinibus floreat: mala & pericula omnia
arceantur: absint denique ea omnia, quæ acerbam hanc vitam
reddere, Imperia, Regna, & Respublicas turbare & pessundare
solent. Quo in voto hanc dedicatorem epistolam finio, & Vos
GLORIÆ DIVINÆ & usibus humanis florentes diu vivere & su-
peresse ex animo cupio. Valete & me vestro patrocinio nun-
quam indignum æstimate. Perscriptum Argentor. Anno
M. DC. LX. die 13. August.

Vestrarum Amplitudinum

cliens subiectissimus

JOHANNES CONRADUS Koffenbauch.

A 2

Quod

Quod Sacrosancta TRINITAS

bene vertat!

Præloquium.



Um juris naturalis, simul ac
cripti certa ratio, in hoc potissimum sita
ac constituta sit, ut societas hominum in-
ter ipsos & quasi consociatio quædam, ac
vitæ communitas recte ac convenienter
contineri possit, sequitur præcellens Juris
nostri præceptum, ac quasi solidum fun-
damentum esse, ALTERUM NON LÆ-
DERE, quo utique non tam manus quam linguam ac ipsam
mentem cohibere sanctè religioseque jubemur. Unde & id
non solum ad corporis & bonorum, verum etiam quam maxi-
me ad læsionem famæ referendum, ut quæ & atrocitate & cru-
delitate cæteris damnis longe gravior æstimanda sit, juxta illud
Poetæ:

Omnia si perdas famam servare memento.

Cum bonam famam omnibus divitiis & thesauris mundi præ-
ferendam, & sacræ literæ sanctè moneant, ut *Prov. 22. v. 1.* me-
lius est nomen bonum, quam divitiæ multæ, & in *Ecclesiast. c. 6.*
41. vers. 15. curam habe de bono nomine, hoc enim magis per-
manebit, quam mille thesauri pretiosi & magni, bonæ vitæ
numerus dierum, bonum autem nomen permanebit in ævum.
Et jura nostra religiose testentur, *l. 104. ff. de reg. jur.* Hinc
pretiosissimam famæ gemmam, summum patrimonium Cic.
lib. 3. offic. nominavit & cuius damna maiora, quam ut æstima-
ri queant, Lipsius pronunciavit, quia omnia ornamenta, omnis
splendor & omnis omnino dignitas ab hac dependent: nihil e-
nim infatigabilius parandum est, sui memoria, *Tacit. lib. 4. An-
nal.* Baldus in *l. un. C. de confess. n. 22.* bona fama, inquit, quam
multi populi amant, est thesaurus hominis inæstimabilis & ju-
cundus

cundus & sicut liliū dat suavitatem odoris, & in *c. 1. n. 1. de*
renunt. fama unius viri boni est umbra sub qua multi quie-
scunt, unde gravior oculorum amissione habetur in l. infamia 3.
C. de decurion. & crudelis dicitur in seipsum, qui famam negli-
git, c. nec sunt audiendi II. q. 3. c. nolo 12. q. 1. c. sacerdos 1. Hinc
Cicero in lib. 3. offic. præclare dicit, eum qui non defendit fa-
mam suam, nec obstitit, si potest, infamiae, tam esse in vitio,
quam si parentes, aut amicos, aut patriam deserat. Imò vita
& fama pari passu ambulant, l. 9. ff. de manum vind. l. 8. §. 2. ff.
quod met. caus. l. eorum 4. ibi, cuiusque salus aut existimatio. C.
de malef. & mathem. l. 9. in pr. ibi: capitis famæque periculum. ff.
de fideic. libert.

Licet autem fama sit maximum bonum, per ea, quæ dicta
 & tradita à Francisc. Anton. à Soufa in *relect. de censur. Bullæ ca-*
na. cap. 13. disp. 70. n. 3. tamen tanta proh dolor! densissima hac
 mundi nocte, qua omnis ferè virtus ad occasum inclinat, omnis
 candor & probitas ultimum suum vale dixerunt, pestilens quo-
 rundam mortalium animos invasit lues, ut nihil intentatum
 nihil inausum relinquunt, quin optimorum hominum & fa-
 mam & mores livente lingua suggillare, venenatisq; convitio-
 rum suorum sagittis petere conentur: adeo ut nullum delictum
 usitatus, nullum scelus hodie frequentius sit detestanda ista in-
 juriandi libidine. Et Franciscus Petrarca *lib. 2. de remed. utri-*
usq; for. dial. 25. de infam. Pestilens hæc, inquit, etiam sanctif-
 simis viris non pepercit, & adiungit: quod tamen vir bonus &
 sapiens conscientie sua confusus, & omne theatrum superante
 animi testimonio non curat, sed errores hominum alto animo
 inculcat & deridet, juxta illud:

Conscia mens recti fama mendacia ridet.

Et ut Seneca in *distichis* monet:

Cum recte vivas, nec cures verba malorum;

Arbitrii nostri non est, quod quisq; loquatur.

Quinimo talis infamia magnæ sæpe famæ principium
 multis fuit. Sed ut ad propositum veniam, læditur fama ver-
 bis, vel ore seu lingua, vel scripto & pictura, quando scilicet
 quis ad ignominiam aut infamiam alterius libellum, aut car-
 men

men, picturamque composuerit, scripserit, pinxerit, ediderit, dolove malo, quod quid horum fieret, fecerit, quarum altera manet in terminis iniuriæ verbalis simplicis, altera vero qualificata evadit in speciem criminis, & vocatur libellus famosus.

Impetrata itaque à Nobilissimo atque Amplissimo Inclytæ huius Universitatis JurisConsultorum COLLEGIO pro adipiscendis in utroque jure summis honoribus, etiam publice sine Præside disputandi, Licentia: placuit ex aliis innumeris ob oculos versantibus materiis præsentem hanc de famosis libellis præferre. Aggredior ergo rem ipsam, & ne extra metas vagari videar, cum bene universa gerantur & competenter, si ipsum cuiusque rei principium fiat decens & amabile DEO, *Nov. 6. in pr. can. non observetis. 16. in fin. cap. 26. q. 7.* & difficile sit, ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoato principio *can. 25. c. 1. q. 1.* ubi Christus enim non est fundamentum, ibi nullius boni operis potest fieri ædificium *can. 26. c. 1. q. 1.* & secundum D. Paulum *ad Coloss. c. 3. arg. Nov. 80. 85. 109.* DEUS progressus & exitus optatos iis tribuit actibus, quos ab ipso auspicamur. Igitur cum meliori principio nihil inchoari possit, DEUM intimis suspiriis anhelò, & votis supplicibus veneror, ut mihi in conscribenda & defendenda hacce Disputatione Inaugurali favore & gratia sua propter filium suum, JESUM CHRISTUM, Salvatorem nostrum, succurrere, cœptaque prosperare velit, ut omnia in sui ipsius Nominis gloriam, dulcissimæ Patriæ salutem & studiorum meorum incrementum cedant. Sit ergo in nomine eius

Thesis prima.

Quoniam autem in omni materia recte tractanda, nihil iusta serie & naturali methodo vel utilius, vel pulchrius, vel præclarius: quippe quæ rite & diligenter observata, tum ad rerum, quæ tractantur, intelligentiam plurimum confert, tum memoriam, quæ alioqui firma & labilis est, imprimis adjuvat, *arg. l. 28. ff. de probat. l. 2. §. 12. C. de vet. jur. enucl.* ideo initium huius Disputationis facio à definitione, quæ est duplex, alia nominis, alia rei, siquidem in omni tractatu potior quidem re-

rum

rum, verborum tamen prior ratio haberi debet l. 1. ff. de reb. cred. l. 7. in fin. ff. de supell. leg.

Th. 2. Definitio nominis est triplex: Etymologica, Homonymica, & Synonymica. De Etymologica famosi libelli definitione non multum hic sum sollicitus, cum ea non semper magnopere consideretur, sed potius eam relinquo Grammaticis, ubi enim de re constat, quid opus ut verbis diu immoremur.

Etym.

Hom-libb.

Th. 3. Quoad homonymicam, & ne varia libelli significatio ambiguitatem pariat, eam prius explico. Et quidem 1. libellus, pro tabula fideicommissaria accipitur in l. 1. in pr. ff. de tabb. exhib. & l. 22. C. de fideic. 2. appellatur scheda, quam vulgo supplicationem dicimus, rot. tit. C. quand. lib. princ. l. 25. ff. de in ius vocand. & l. non distinguimus 32. §. 14. ff. de recept. arbitr. l. 19. §. 9. ff. locati. l. 3. ff. de alim. leg. 3. dicitur libellus, qui à litigatoribus recusandi Judicis causa exhibetur, l. 16. C. de judic. 4. Accipitur pro epistola assertoria, quam vulgo creditiam vel certificationem vocant: cum superior Magistratus pro subdito vel pro alio fidem facit l. 4. §. de reb. ff. de publ. & vectigal. 5. Libellus vocatur appellatorius, qui appellationis causa à litigatoribus proponitur l. 1. §. ult. ff. de appellat. 6. Apostoli seu dimissoriae literae nominantur quoque libelli, in tit. ff. de libb. dimiss. 7. Dicitur oratio consultoria ab Imperatore Senatui proposita l. 20. §. 6. ff. de pet. hered. 8. Dicitur libellus repudii, quam maritus uxori, vel contra marito uxor mittit repudii causa l. 7. ff. de divor. 9. Vocatur scheda, quae in foro aut valvis Ecclesiarum proponitur l. falsus creditur 43. §. proinde 8. vers. solent pleriq. ff. de furt. 10. Significat scripturam quam actor reo exhibet, continens intentionem actoris adversus reum. Nov. § 3. cap. 3. §. sancimus. l. 1. §. 1. ff. de edend. 11. Et ultimo designat scripturam, qua alicui dolose famosum aliquod crimen obiicitur & imputatur, rot. tit. ff. & C. de famos. libb. quae significatio huius loci propria est, & hac appellatione continetur 1. famosus libellus scriptus l. un. C. de fam. libb. l. 5. §. 9. ff. de iniur. & fam. libb. Peintliche Halsgerichts, famosi. Ordnung art. 110. Reichs. Abschied zu Nürnberg de anno 1524. §. als auch. Reichs. Abschied zu Speyer de anno 1529. §. darzu sollen

Hom, lib.

famosi.



sollen und wollen wir. pag. 193. Reichs Abschied zu Augspurg de anno 1530. §. und nachdem die unordentliche Druckerey / p. 209. Item de anno 1548. tit. von Schmähschriften pag. 66. Reichs Abschied zu Speyer de anno 1570. §. Zum andern sollen auch Reichs Abschied zu Franckfurt de anno 1577. tit. 53. 2. Libellus famosus excusus, d. Recessus Imperii zu Augspurg de anno 1530. §. und nachdem die unordentliche Druckerey etc. Reichs Abschied zu Nürnberg / §. als auch / vers. darzu daß ein jede Obrigkeit pag. 182. in Edit. Ostermanni 1642. 3. Carmen famosum l. 21. in pr. ff. de testib. Carmen famosum autem Julius Paul. lib. 5. sentent. tit. 4. §. 15. vocat etiam cantica ista turpia & ad infamiam alicuius composita. Recessus Imperii appellant Germanice ein schmälich Gedicht. Eatenus tamen carmen famosum ejusdem conditionis est cum famoso libello, quatenus publice, puta in foro decantatum fuerit, vel alibi præfente hominum turba, ut evincitur ex Jul. Paul. dict. tit. 4. §. psalterium. 4. Pictura famosa l. 5. §. 10. ff. de injur. & fam. lib. & in d. Recessu Imp. Augusta de anno 1530. Item in Recess. Francof. Imp. de anno 1577. tit. 35. §. und setzen / ordnen und wollen wir &c. Ib. sondern wo solche und dergleichen Bücher / Schriften / Gemählde / etc. 5. Sculptile aut fusorium opus, quod quis ad infamiam alicuius fecit, mod. dict. Recess. & Augustanus de anno 1548. tit. von Schmähschriften / Gemähltes oder gemächtes §. ferner setzen / vers. dergleichen / ibi. Gemähle / geschnitzte / gegossen oder gemacht. Cæterum quia famosi libelli die schmähschriften oder Pasquillen / frequentiores sunt, quam picturæ famosæ, aut carmina famosa, aut sculptilia & fusoria opera famosa, placuit mihi de illis principaliter agere.

Synonym.

Unde Pasquillus?

Th. 4. Definitionem homonymicam excipit Synonymica, quæ etiam aliam nobis exhibet appellationem. Vocari enim famosus libellus etiam solet Pasquillus, à Pasquillo, Sartore quodam Romano & religioni Pontificiæ addictissimo, qui Papam & Papæ Senatam seu Cardinales, mira libertate & impunitate ob vitia vellicare solitus fuit. Illi cum moreretur, prope tabernam suam in Urbe Romana statua marmorea, habitu gladiatorio erecta, quæ populari joco Pasquillus vocari consuevit, exinde quod illic ob dicacitatem notissimus magister Pasquillus.

Pasquillus habitasset. Sicut autem ille cum adhuc inter vivos
 esset, hominum vitia infectatus fuerat: ita post mortem eius
 statua epigrammatophori munus subiit, cum ibi omnis gene-
 ris scripta maledica & injuriosa noctu affigerentur, ut tradunt,
 Marq. Freherus *in tr. de existimat. lib. 3. c. 9. n. 23.* Zvvinger. *in*
theatr. vit. human. vol. 21. lib. 3. fol. 3709. verb. Pasquillus. Bocer-
 us *ad l. un. C. de fam. lib. cap. 1. nu. 2 p. 8.* Befoldus *in thesaur.*
pract. lit. P. n. 3. pag. mihi 592. Coll. *Iur. Argent. in tit. de injur. &*
fam. libb. th. 38. p. 494. tom. 3. D. Biccus *in aur. p. 552. tit. 155.*
 Carpzov. *in pract. crimin. 2. quest. 98. num. 3. p. 415.* Joh. Böt-
 ter. *libr. 1. de origin. Urb. cap. 6. pag. 781.* Duo autem de hu-
 jusmodi termino notanda veniunt, primum, quod famosi li-
 belli seu pasquilli, qui ab imprudentibus & minime piis homi-
 nibus olim confici consuevere, sub hac statua appensos esse fe-
 runt, eo quod in media urbe sit, ut facilius à transeuntibus per-
 legerentur, alterum, quod mirum quidem est, quod tot tantisque
 elapsis annis hæc ibi perstiterit statua, in publicum ac privatum
 præjudicium, nec fuerit unquam qui pietatis ac religionis Chri-
 stianæ zelo ausus fuerit, inde eam avertere, unde amplius affi-
 gendi ejusmodi libellos seu Pasquillos adimeretur occasio. Fe-
 runt enim, cum quidam Princeps Primarius eam in Tyberim
 ejiciendam esse, statuisset, statim ab uno ex eius familiaribus ur-
 bane responsum: caveret ne inde eam tolli imperaret, fore e-
 nim ut gravius sub aqua, quam super terram in Principes inve-
 heretur. Germanice vocari solent: *Schmähschriften* / com-
 muniter, *Pasquillen.*

Th. 5. Et hæc est definitio nominis, sequitur jam defi-
 nitio ipsius rei, quam omittere definiti præstantia non patitur,
 Est autem famosus libellus, (secundum Amplissimum Dn. Doct.
 Rebhan, Patronum meum, quoad vixero, omni observantiæ
 cultu prosequendum, *in Hodog. chart. 2. clim. 4. pag. 648.*) scri-
 ptura, qua alicui, infamandi eius causa, dolose, famosum
 quoddam crimen, quod tamen author probare non vult, ob-
 jicitur.

Th. 6. Quo ipso apparet, quod aliud sit injuria scripta,
 & aliud famosus libellus, differunt enim, ut genus & species.
 B

Defin. real
fam, lib.

Differetia
inter inju-
riam scri-
ptam & fa-

rg de
209.
ichs
auch.
bellus
1530.
schied
pag.
pr. ff.
tit.
cuius
hina
a con-
a foro
evin-
sal. s.
e anno
segen/
eiden
orium
Recef.
/ Ge
i. Ge
famoli
sunt,
ilia &
gere.
nony-
Vocari
, Sar-
no, qui
& im-
ur, pro-
habi-
ri con-
agister
asquil-



mosum li-
bellum.

Omnis enim famosus libellus est injuria scripto illata, & parit actionem injuriæ; sed non contra omnis injuria scripta est famosus libellus, paritque actionem famosi libelli. Deinde differunt etiam ratione materiæ & finis, famosus enim libellus est de famoso aliquo crimine; seu notabili, quod in populum spargitur, cujus pœna est capitalis, de quo infra, injuria vero scripta fit simpliciter, & tantum contumeliæ causa, etiam absque infamiæ nota, ut si quis luscus, spurius, claudus, novitius, aliove contumelioso nomine, ludibrii causa, appelletur & tradicatur, & pro hisce, aliisque injuriis scriptis actio ex famoso libello non competit, sed earum nomine injuriatus actione injuriarum adversus scribentem experiri, & ad palinodiam seu recantationem eius quod injuriose dictum vel scriptum est, vel æstimationem injuriæ, insimulque ad pœnam, vel corporalem, quæ ad mortem usque naturalem extendi potest, vel pecuniariam fisco inferendam, (ita enim criminaliter agitur) proinde ut in reliquis injuriis verbalibus, agere potest. Quam distinctionem bene observavit Welenbec. *in parat. ff. de injur. & fam. lib. n. ult.* Petr. Heig. *part. q. 31. n. 14.* quem sequitur D. Carpzov. *in practic. crim. part. 2. q. 98. n. 50.* cognitaque est non saltem Constitutioni *Saxon. Elect. Augusti part. 4. const. 46. §. desgleichen ist es auch, junct. verb. aber in den andern schriftlichen injurien*, verum etiam magnum effectum ratione potissimum pœnæ infligendæ habet.

An injuria
in famoso
lib. illata
fit verbalis
an realis?

Th. 7. Sed an injuria, quæ per famosum libellum alicui illata dicitur sit verbalis, an realis, quæritur? illam esse verbalem & non realem tradit Lud. Romanus *consil. 378. n. 1. vers. quoad primum*; quæ sententia & mihi probatur, (licet realis injuria sit, quando manus inferuntur *l. 1. §. 1. de injur.* injuria vero scripta etiam manu fiat, siquidem manu scribatur, tamen quoniam in præallegata lege manus alicui inferre dicitur, qui corpus alicujus pulsat, verberat, aut cædit, ut arguit *d. l. 1. §. 2. Item l. 5. §. in pr. & §. 1. eod. tit.*) & quidem i. per textum in *d. l. lex Cornelia §. §. si quis librum 9. ff. de injur.* ubi Juris Consultus injuriam scriptam comparat injuriæ verbali, non solum quoad pœnam, verum etiam quoad delicti qualitatem, quod non

II.

non faceret, si verbalis non esset. 2. Injuria scripta opponitur reali in l. aut facta. 16. in pr. ff. de pœn. Ergo non erit realis sed verbalis, cum omnis injuria fiat aut re aut verbis d. l. 1. § 1. 3. Et ultimo nemini ignotum est, quod verba aut dicantur, sive ore proferantur, aut scribantur, cui consequens est, quod & scripta injuria sit verbalis.

Th. 8. Quæri etiam hic non inconvenienter solet: an delictum famosi libelli publicum, an vero privatum sit? Ego, non attenda traditione D. Harpr. in comment. suo ad Inst. p. 179. tom. 4. illud publicum arbitror, & quidem per l. quod Senatus Consultum: 6 in pr. ibi, publica quæstione rem vindicare, & §. 1. ibi, publico judicio. ff. de iniur. & famos. libell. & per textum l. lex Cornelia §. §. & ei, ult. ff. de injur. ibi. accusatæ persona. Accusare enim proprie ad criminum publicorum delatores & persecutores refertur l. 7. C. de his, qui accus. l. 5. de accusat. l. 22. C. ad L. Cornel. de fals. l. 4. C. ad Senatus Cons. Turpill. l. 2. C. de calumniat. l. 6. ad exhib.

Th. 9. Hinc non obstat l. 3. ff. de extraord. crim Ubi non omne, quod accusationem habet, publicum est. Verum exinde non sequitur quod sit privatum, potest enim etiam esse extraordinarium crimen, ut stellionatus l. 1. ff. stellionatus, & expilatæ hereditatis l. 1. ff. expil. hered. de quibus etiam loquitur d. l. 3.

Th. 9. Nonnulli afferunt ad confirmandam & probandam hanc sententiam etiam d. l. un. C. de fam. libell. & consultu. Crim. Caroli V. art. 110. ubi habetur, crimen famosi libelli pœna capitis coerceri, quæ pœna videtur ad publicam animadversionem spectare l. 2. in pr. l. ult. l. sancti. 41. ff. de pœn. verum absurde, illa enim propositio: Quæcunque delicta pœna capitis coercentur, illa sunt publica, non est simpliciter vera, & hoc probò per §. 2. de publ. jud. l. 2. ff. eod. l. 1. §. ult. ff. de extraordin. crimin. ubi multa enumerantur crimina, capitis pœna plectenda, quæ tamen publica non sunt. Sic in actione injuriarum criminaliter intentata, pœna arbitraria, si quantitas delicti suadeat, ad mortem usque extendi potest (quod probatur. per. l. 9. ff. de extr. crim. ubi Ulpianus, quædam, ait, esse delicta, ad mortem

B 2

Actio injuriarum criminaliter intentata usque ad mortem

parit
t fa-
dif-
s est
par-
scri-
sque
alio-
radi-
soli-
ione
diam
a est,
cor-
, vel
itur)
quam
njur.
uitur
ue est
const-
ndern
tione
n ali-
e ver-
vers.
lis in-
ia ve-
amen
r, qui
§. 2.
n d. l.
onsul-
olum
quod
non



extendi posse delicta, quorum arbitraria coercitio extendatur usque ad pœnam capitis & sic usque ad mortem. 2. Adduci potest textus in *l. Lex Julia 7. §. hodie ff. ad L. Iul. repet.* ubi statuitur, quod iudex, qui pecuniam accepit ad hominem necandum, vel calore iracundiæ contra innocentem pœnam mortis protulit, capite sit puniendus. 3. Huc facit *l. 5. in pr. ff. ad L. Iul. peculatus*, ubi Ulpianus scribit: Proconsulem, cui jus gladii in sua provincia datum erat *l. solet. in pr. ff. de off. Procons.* posse sacrilegii crimen, cuius pœnam extraordinariam esse, aperte Marcianus scribit in *l. 4. §. 2. ff. eod.* ita vindicare, ut aliquos ad bestias damnet, alios igne comburat, alios vero in furcas suspendat, nam sacrilegii crimen grave & atrox est, ut probat *l. placet. in fin. C. de ped. Iud.* quo loci Corasius n. 24. refert *Ælianum lib. 5. var. hist.* attestantem, antiquos illos adeo hoc crimen odisse, ut pueros etiam sacrilegos vivos comburi voluerint. 4. Huic assertioni suffragatur *l. 13. ff. de pœn. & l. 3. C. ex quib. caus. inf. irr.* in quibus statuitur, hodie permissum esse Iudicibus pœnas ex evidenti ratione, vel augere, vel temperare, vel minuere. 5. Non parum condu. it *l. 2. in verb. commotione severissima*, pro ut tua Celsitudo iudicaverit &c. & paulo post in verb. acerrima condemnatione pro arbitrio. *C. de his qui latr.* ubi contra eos, qui latrones vel homicidas occultant, pœna mortis decernitur. 6. Confirmat hanc sententiam *Ordin. Crim. Carol. V. arr. 112. & 113.* ubi cautum est, pœnam falsi extraordinariam, pro qualitate sceleris ad mortem usque porrigi posse, in verb. *Welche falsche Siegel/Brieff/Instrument/Verbar/Kenthy oder Zinsbücher/oder Register machen / die sollen an Leib oder Leben / nach dem die falschung viel oder wenig / böshafftig und schädlich geschicht/nach rath der Verständigen oder sonst / als zu End dieser Ordnung vermeldet / peinlich gestrafft werden* neque tamen propterea quis injuriam recte publicis delictis annumeraverit.

Species
fam. lib.

Th. 10. Species famosi libelli, si illam in genere consideremus; constitui possunt, libellus famosus scriptus, excusus, pictura famosa, carmen famosum, sculptile aut fusorium opus ad infamandum aliquem factum, de quibus supra thesis tertia.

Subjectum

Th. 11. Cum autem in delictis animus & voluntas potissimum

tissimum inspiciatur l. 53. pr. ff. de injur. & fam. libb. l. 41. ff. ad ^{activum,}
 L. Aquil. c. 54. X. de sent. excomm. idcirco omnes eiusmodi inju- ^{seu causa}
 riam facere, qui & pati, possunt l. 3. pr. ff. de injur. & fam. libell. ^{efficiens.}
 l. 20. l. 15. §. 32. eod. quæ tamen regula nonnullas patitur exce-
 ptiones secundum Gothofr. ad l. 3. ff. de injur. & fam. libell. lit.
 Z. Ut 1. in impubere, qui doli capax non est, l. illud. 3. §. sane,
 1. ff. eod. tit. Joseph. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 902. n. 5.
 Jacob. de Bellovisu in sua practica criminali lib. 1. c. 3. 2. In
 furioso, d. l. 3. §. 1. nulla enim voluntas illius est, l. in negotiis §.
 l. furiosi. 40. de reg. jur. nullus consensus l. 2. C. de contrah. emt.
 & vend. sed per omnia & in omnibus quiescentis, domientis, a-
 nimo absentis, atque ignorantis loco habetur l. 2. §. pen. ff. de
 jur. codic. l. ubi non voce. 124. in fin. ff. de reg. jur. l. 1. §. furiosus, ibi
 si quis dormienti. ff. de acquir. poss. l. 4. de divort. & repud. insu-
 per culpa non cadit in eum, qui suæ mentis non est compos l.
 sed etsi §. §. & ideo 2. ff. ad L. Aquil. injuria enim sine affectu fa-
 cientis non fit d. l. 3. §. 1. l. 34. in pr. ff. de Obl. & Act. Hic ve-
 ro distinguendum est inter furiosum, qui perpetuo furiosus di-
 citur l. cum Prator 12. §. 2. de jud. l. 9. C. de impub. & al. subst. &
 continua mentis alienatione, omni intellectu caret, l. divus
 Marcus 14. ff. de off. Pras. de quo supradicta intelligenda sunt, &
 inter furiosum, qui intervalla furoris habet, ut dicitur in l. si cum
 dotem 22. §. si maritus 7. ff. soluto matr. vel intermissionem fu-
 roris l. qui testamento 20. §. ne furiosus 4. qui testam. fac. poss. eo
 tempore, quo furor eius intermissus est, hanc injuriam inferre
 potest. 3. In mente capto l. sed etsi §. §. 1. ad L. Aquil. Treut-
 lerus hic 4. etiam excipit prodigum, Disp. 30. thes. 6. lit. a. quia
 furioso æquiparatur adeoque propter injuriam famoso libello
 illatam, aliudve delictum commissum convenire posse non videat-
 ur l. furiosi 40. ff. de reg. jur. l. is cui bonus 6. ff. de verb. oblig.
 l. 7. §. 12. ff. quib. ex caus. in poss. eat. verum contra jus nostrum.
 Nam quamvis æquiparetur furioso, hoc tamen non per omnia,
 sed secundum quid locum habet, nimirum quoad contractus &
 alienationes & bonorum administrationem, qui neque finem,
 neque tempus expensarum habet, & ita furiosum exitum facit,
 l. 12. §. fin. ff. de tut. & cur. dat. l. 1. §. 1. de cur. fur. non autem
 quoad

quoad delictorum maxime in faciendo consistentium, coercitionem, proinde quia in delictis doli capax est, & nolle & velle habere perspicitur, non dubitatur, quin possit etiam injuriam famoso libello inferre.

Subjectū
Passivum.

Th. 12. Porro fit iniuria per famosum libellum vel sibi-
metipsi immeditate, vel per alias personas mediate. Spectat
enim ad nos iniuria, quæ fit illis personis, quæ vel potestati no-
stræ, vel adfectui sunt subiectæ l. 1. §. 3. ff. de inj. & fam. lib. l.
41. §. ult. & 2. eod. l. 3. ff. de lib. causa. Sibi metipsi cum directo
ipsi Patrifamilias aut matrifamilias injuria fit d. l. 1. §. 3. per alias,
& per consequentiam, ut i. liberis meis, sive maritum sive uxore
habeant, d. l. 1. §. 2. l. 18. in fin. d. l. 41. §. ult. eod. §. 2. Inst. eod.
l. 30. C. de pact. l. 2. C. de injur. 2. servis l. 15. §. 44. eod. d. l. 1. §. 3.
d. l. 2. C. 3. uxori & nurui d. l. 1. §. 3. §. 2. eod. tit.

Materia
objectiva.

Th. 13. Et hæc de causa efficiente, sequitur materia ob-
jectiva, seu crimina quæ alicui in ejusmodi libello objici so-
lent, ut sunt crimen læsæ Majestatis, quando subditus argui-
tur famoso libello, se hostili animo, adversus Rempublicam vel
Principem animatum esse, & tam everisionem Imperii, Status,
quam Principis intendere l. 1. §. 1. & l. ult. ff. ad L. Iul. Maj. & in
necem Consiliariorum Principis & Magistratum populi Ro-
mani, Imperia habentium, conspirare d. l. 1. §. 1. item crimen a-
dulterii, incestus, Sodomix, homicidii, veneficii, parricidii, pe-
culatus, sacrilegii, plagii, furti &c. perpetrasse, ut & si quis viro
alicui honesto obiicit se lenocinium fecisse arg. l. 1. v. qui leno-
cinium. l. 4. §. 2. ff. de his qui notantur infamia l. 43. §. 6. 7. 8. 9.
ff. de ritu nupt. vel directa actione pro socio, depositi, tutelæ,
mandati suo nomine damnatum esse arg. l. 1. vers. pro socio l. 6.
§. 5. 6. ult. l. 7. ff. de his, qui not. inf. l. ult. C. ex quib. caus. inf.
irr. l. 10. C. depositi. l. 21. C. mandati, vel artis ludicræ, pronun-
ciandive causa, id est, recitandi Comædiarum seu tragædiarum
partes, quod actorum est, in scenâ & quocunq; spectaculi cau-
sa, homines passim admittuntur, prodiisse, arg. l. 1. vers. qui art.
l. 2. §. ult. ff. de his qui not. inf. l. 21. C. ex quib. caus. inf. & eius-
modi aliud famosum quid fecisse.

An fam.
lib. in quo

Th. 14. Hinc quæritur, an iste libellus pro famoso ha-
beri

beri possit, in quo quis aliquem appellat hominem criminosum, oder/das er ein Schelmenstück begangen habe? Affirmativa sententiae subscribo, criminosus enim ille dicitur, qui crimen aliquod commisit, omne autem crimen damnatum efficit infamem, *l. infamen 7. ff. de publ. jud.* proindeq; cum famosus libellus sit, in quo crimen aliquod famosum obiicitur, meritoque & iste pro famoso haberi potest. Accedit etiam quod iura nostra non desiderant ad formam libelli famosi, ut aliquod speciale & certum crimen in eo sit objectum, sed tantum requirunt, scriptum aliquod ad infamiam alicuius *d. l. lex Cornelia 5. §. si quis librum 9. ff. & l. item 15. §. si quis libello. ff. de injur.* Si vero quis appelletur impius, aut malitiosus, *gottloß/boßhafftig*, non arbitror famosum esse libellum, cum etiam quis talis esse possit, etiamsi nullum crimen famosum commiserit.

Th. 15. Sed an sit famosus libellus, si quis legitime nato scripto obiiciat, quod sit spurius, *er sey ein Durenkind?* Resp. quod non, sed potius est alia iniuria scripta, cum hac obiectio non sit ad infamiam alicuius: spurius enim infamis non est, quod probatur, 1. quia poena delicti suos debet tenere authores, & ubi nulla est culpa, ibi poena etiam debet esse nulla. *l. sancimus 22. C. de poen.* Atqui in spurio nulla est illegitima procreatio- nis culpa. *l. spurij 6. ff. de decurionib. Nov. 12. in pr. can. nasci. 4. dist. 56.* Ergo: 2. calamitas parentum non debet liberis damnum aut dedecus afferre, *in pr. l. de ingen. d. l. crimen 25. de poen.* ubi traditur, quod crimen vel poena paterna nullam maculam filio infligere possit. 3. Cuicumque patet aditus ad honores, ille non est persona infamis *l. 2. C. de dignit. c. pen. de reg. jur. in 6.* atqui spurii patet aditus ad honores. Ergo. Minor probatur per *l. generaliter 3. §. spurio 2. ff. de decurionib. & l. spurij 6. in pr. ff. eod.* ubi statuitur, spurios posse in ordinem Decurionum vel Senatorum eligi, addita hac ratione, quia non est impedienda dignitas eius qui nihil comisit. Proinde spurii singulari prudentia & excellentibus virtutibus praediti ab officiis Ecclesiasticis & Politicis non sunt arcendi *c. nunq. dist. 56.* ubi ex autoritate Chrysostomi sancitur hoc modo: Natus ex meretrice, si propria virtute decoretur, parentum non dedecoretur opprobriis.

Hinc:

quis ho-
mo crimi-
nosus ap-
pellatur?

An famo-
sis libellus
in quo
quis spuri-
us?

Hinc & Jephthe, qui spurius erat, & ex meretrice natus, à populo Israelitico fuit in Ducem exercitus electus: illumque Deus ipse suo populo gubernatorem præfici voluit, *libr. Iud. 11.* Item Phares, filius Judæ, fuit spurius, ex Thamar, nuru eius, *Genes. 38.* illius tamen posterii ad publica munera admissi fuerunt, ut patet ex *libr. Ruth. cap. 4.* *Matth. cap. 1. libr. Numeri c. 2. & can. Dominus noster, dist. 56.* Præterea & illud ex historiarum monumentis prophanis liquet, quod & pluribus ostendit Palæotus in *tract. de spuris*: multos spurios in egregios & insignes viros evasisse, & multoties per virtutum suarum exuperantiam, ad summum honoris fastigium, fortuna favente, & jure non impediante, conscendisse. Exemplum etiam recenset Grotius *l. 2. c. 7. n. 21. pag. mibi 166.* de jure belli & pacis

Forma.

Th. 16. Forma consistit in dolosa obiectione per scripturam, carmen, picturam & sculptile aut fusorium opus, facti alicuius ignominiosi ad infamiam alterius. Quocunque enim modo hoc fiat, non potest vocari libellus famosus, nisi dolus & animus iniuriandi adsit *l. 5. §. si quis contra, ibi* dolove malo fecerit. *ff. de inj. & fam. libb. l. 3. §. 1. eod. can. utr. ibi.* sed vim earum dolose manifestaverit, *5. q. 1.* & ut Ariminens. ad Angel. in *tract. de malis.* dicit: animus & affectio iniuriam facit, non factum ipsum seu effectus: qui animus præsumitur in famoso libello, si verba per se & sui natura sunt probrosa & contumeliosa, non si media & indifferentia. *arg. l. 5. C. de iniuriis,* quare contra injuriantem semper est præsumtio, quod habuerit animum iniuriandi, nisi contrarium probetur; ratio est, quod talis animus præsumatur, qualia verba sunt prolata *l. 7. §. 2. de supell. leg. Gail. 2. obs. 106. n. 7. & seqq. Farinac. quest. crim. 105. n. 113. & seqq. Menoch. de præsumt. lib. 1. præf. 77.*

An in dubio reo juramentum purgationis deferri possit?

Th. 17. Hinc quæritur, an in dubio reo juramentum purgationis deferri possit, quod animo iniuriandi non scripserit? & Resp. quod quidem de stricto jure certum sit, id reo non posse deferri, nam omne verbum iniuriosum, animo iniuriandi scriptum præsumitur, & reus non potest illa exceptione uti, se animum iniuriandi non habuisse, quia præsumtio contra eum militat, ut in thesi præced. dictum. Attamen hoc non obstante,

obstante, Judex ex æquitate, consideratis personis & iniuriæ circumstantiis, an scilicet ab amico scripta sit iniuria, non quidem publice, sed privatim deferre potest, quia iniuria absque animo iniuriandi non committitur, innocentia vero, juramento, cum in animo consistat, probari potest per *text. in l. furti. §. qui iussu. ff. de his, qui not. inf.* Hostiens. *in summatis. de purgat. Canonica.* & pro hac æquitate facit etiam textus *in c. fin. X. de jurej.* ibi: præsumptione vero faciente pro illo reo deferri potest ad ostendendam suam innocentiam, juramentum. Idem probat textus in *Authent. novo jure. C. de pæn. jud. qui male jud. l. prasenti. §. sicuti. C. de iis, qui ad Eccles. conf. & l. non damnato. §. fin. C. de his qui not. inf.* Facit idem, regula, quod actus agentium non operentur ultra eorum intentionem *l. non omnis numeratio. ff. si cert. pet.* Hinc juramenti huius delatio tunc demum locum habet, si actor intentionem suam ne semiplene quidem probaverit, habuit tamē aliquam præsumptionē pro se, ad eam enim purgandam admittitur probatio per juramentum rei, *d. c. fin.* Est tamen summo periculo positum, tale juramentum reo deferre, quia hoc seculo nequissimo, pleriq; homines juramentū non magis curant, quam domus antiqua, fumum. Providus ergo, circumspectusque Judex debet esse in deferendo huiusmodi juramento, considerando præsertim qualitatem personæ, cui deferre vult juramentum, & ordinem judicarium. Quoad personam animadvertere debet, an honesta persona sit: viro enim minus honesto deferendum non est. Hinc fit, ut exercenti fœnus deferendum nō sit hoc juramentum, secundum Bald. *in l. bonafidei. C. de reb. cred.* ea est ratio: quia fœenerator infamis est, *l. improbum. C. ex quib. caus.* Cæterū hæc non sunt intelligenda de eo, qui desit exercere fœnus, Curt. Jun. *in l. admonendi. n. 73. eod.* ita etiam non defertur hoc juramentum Judæo, exercenti fœnus contra Christianum, secundum Gravett. *in conf. 73. num. 25. pag. mihi 134.* non autem contra alium Judæum. Quod vero ad ordinem judicarium, observare debet judex prudens, ut juramentum hoc deferat causa cognita, Bald. *in c. I. §. ult. de success. parr.* Cautè ergo Judex agere debet; nam ubi maius periculum, ibi cautius agendum *c. ubi maius. de elect. in 6.*

C

Thes. 8.

Q. an sit de
forma ef-
fentiali
fam. lib.
ut in co-
nomen
auth. non
sit subscri-
ptum?
quod Neg.

Th. 18. Sequitur jam illa ardua quaestio, an censetur famosus libellus, si in eo nomen auctoris est expressum? Licet D. Carpzov. in *pract crim. part. 2. q. 98. pag. 418.* contrarium statuatur, tamen pro ingenii mei tenuitate affirmativam sententiam defendo, & quidem per textum manifestissimum in praallegato Imperii Recessu Francofurtensi de anno 1577. *tit. 35. Von Buchdruckern / Schmahschriften / schmahlichen Gemahlden / Gedichten und Anschlägen / s. und setzen / ordnen und wollen /* ubi traditur nihil referre, utrum auctor nomen suum adjecerit vel non, his verbis: *Es hab der Author seinen Nahmen darunter gesetzt oder nicht.* Secundum quem textum, ut arbitratur Heigius *q. 11. n. 25.* illos, qui citantur à D. Carpz. *d. l.* explicandos esse, per *l. 21. ff. de legib.* Hinc notabilis alicuius criminis objectio, constituit famosum libellum, nominis vero appositio vel omissio ad eius essentiam non pertinet, led tantum probationem eius respicere, dicitur. Et hanc sententiam defendit Dn. Doct. Rebhan. Patronus meus Magnus, in *Hodog. chart. 2. clim. 4. p. 648.* Gilhaus. in *cap. 2. t. 34. pag. mihi 247.* Wesenb. in *paratit. ff. de iniur. n. 5. Coll. Iurid. Argent. ad tit. de iniur. & fam. libb. pag. 406. n. 10. tom. 3.* Harprecht, in *comment. ad Inst. lib. 4. tit. 4. §. 1. n. 151.* Hahn ad Wesenb. *d. l. Bocerus in l. un. C. de fam. libell. cap. 2. n. 6.*

Refut.

Thes. 19. Video hic Collegium Juridicum Argentoraten-
tense, *d. l. Bocerus d. l. Harprecht, d. l.* & ad alios afferre etiam
aliam probationem huius sententiae, nempe *l. 5. §. 9. ff. de iniur. & fam. libell.* ubi subinnuit Ulpianus: famosum esse libellum, si
quis eum alterius nomine, vel nullo composuerit. Verum
non accurate, dictam enim legem non agere de illo, qui nomen
suum subscripsit, luce meridiana clarius est.

Object.

Th. 20. Obiicit autem nobis D. Carpzov. *d. l. Constitu-
tionem Criminalem Imperatoris Caroli V. art. 110. ibi.* *Welcher
jemand durch Schmahschrift / zu Latein Liber famosus genant /
die er außbreitet / und sich nach Ordnung der Recht / mit seinem
Zauff- und Zunahmen nicht unterschreibet /* quibus verbis à con-
trario sensu requiri videtur, non esse famosum libellum, si in eo
nomen auctoris non sit insertum. Ad quem textum quidem
Respon-

Respondet Gilhausen, Collegium Jur. Argent. Harprecht. Hahn ad Wesenb. *præcitaris locis*, dicendo, illum textum non agere de subscriptione quæ à componente famosi libelli fit, sed de illa, quæ secundum ordinem iuris fit in iudicio ab accusatore, qui crimen aliquod adversus alterum intēdit, facit *l. 3. l. si cui crimen 7. ff. de accus. & inscript. l. pen. & ult. C. eod.* & probant ex verbis, nach ordnung der Rechte / Item als die Recht sagen. Ut sensus sit, eum, qui crimen famosum in scriptis alteri impingit, pœna capitis plectendum, nisi crimen illud non diffamandi, sed detegendi animo palam obiiciat, & ad iudicem deferat, libello accusatorio porrecta, secundum Juris Ordinem. Sed male; dictum enim articulum agere de famoso libello & eius subscriptione, clarissime patet ex verbis: Durch Schmähschrieff zu Latein liber famosus genant / die er außbreitet / legitima vero accusatio, quæ fit coram iudice, famosus libellus non est, nec dici potest. Puto ergo Respondendum esse, in dicto articulo, quidem non negari esse famosum libellum, si in eo nomen authoris non est subscriptum, interim non sequitur, quod is, in quo nomen authoris est subscriptum, non sit famosus libellus, unius enim inclusio, non est alterius exclusio, Respondet enim Dn. D. Rebhan *cir. loc.* quod ea, quæ ob frequentiore ulum in exemplum inducuntur & exprimuntur, regulam non restringant & limitent.

Th. 21. Non etiam obstat *l. un. C. defam. libb.* ex qua patet, laudem mereri eum, qui nomen suum profitendo, criminofum hominem indicat, unde à contrario sensu inferri posse videtur, eum demum esse famosum libellum, in quo nomen suum author professus non est. Nam inibi agere de subscriptione accusatoris, quæ legitime fit in iudicio, patet ex verbis: salutis publicæ custodiam gerit. *Item*: absq; ulla trepitatione accedat &c. quibus publicam accusationem & inscriptionem accusatoris nemo sanus non animadverterit: deinde argumentum à contrario sensu, contra leges expressas nihil omnino concludere, certum est Doctoribus. Hinc ita concludo: Quicumque alicui crimen famosum in scriptis impingit, is tenetur pœna famosi libelli. At qui crimini isti nomen suum subscribit, vel

Alia Obiect, Resp.



non, is crimen illud impingit. Ergo. Nec obstat, quod in *d. articulo 110.* videatur contineri hæc propositio: Quicumque crimen famosum alicui impingit, & secundum juris ordinem nomen suum non subscribit, is tenetur pœna famosi libelli. Nam exinde non sequitur à contrario sensu subscribentem citra juris ordinem non teneri, quia alii textus 1. sunt in contrarium 2. Quia substantia famosi libelli in criminis objectione consistit, ibi, *unrechthcher / unschuldiger weiß / Laster und Ubel zumisset / atquitale* quid committitur, sive author se subscribat, sive non.

An de forma fam. lib. ut in eo nomen diffamati expressum?

Th. 22. Quæritur & illud, num sit de forma substantiali famosi libelli, ut expressum in eo sit nomen diffamati? Quod negatur per textum manifestum, in *l. quod Senatus Consultum 6. ff. de iniur. & fam. libell.* Obiicitur vero quod iniuria in famoso libello certum quoddam subiectum respiciat, iniuria enim est nomen relativum, respectum habens ad suum terminum, ad eum scilicet, cui proposita est iniuria, qui terminus non apparet, nec videri potest iniuria cuiquam facta: nam relatorum esse, est alterius esse, Ergo requiritur necessario, ut nomē diffamati in eiusmodi libello sit expressum. Verum Respond. quod eiusmodi rationes de ea iniuria intelligi debeant, quæ ita est imposita, ut nullo possit demonstrari modo, cui sit illata, secus vero, si ex quibusdam collecturis colligi possit, quis ille sit, in cuius infamiam libellus famosus scriptus, editusve sit.

An de substantia f. libelli, ut apud graves viros producatur?

Th. 23. Item Quæritur, an sit de substantia famosi libelli, ut apud bonos & graves viros producatur? Respondetur itidem negando, cum sufficiat eum quovis loco inveniri *l. un. C. de fam. libell.* & productionem esse peculiarem causam huius criminis, patet ex *d. l. 5. §. 9. ff. de iniur.* tum quia neq; in *d. l. unic. d. l. 5. §. 9. & in Ordinat. Criminali Caroli V.* item in *supra citatis recessibus Imperij*, de isto requisito, licet in illis locis expresso tractetur de famoso libello, ullum verbum extat: *tum etiam*, quia Ulpianus ex Papiniani mente definit: perinde esse, sive apud Principem, sive quenquam alium sit productus famosus libellus in *l. 15. §. 29. ff. de iniur.* Quam sententiam defendit *Ariminens. in addis, ad Angelum, tract. de malef. vers. verba iniuriosa,*

iniuriosa, Bocerus ad l. un. C. de f. l. pag. 32. nec non Colleg. Jur. Argent. saepe citato loco p. 496. n. 12.

Th. 24. Solent vero à Johanne de Immola nobis non-
nulla obiici, praesertim i. c. qualiter & quand. extra de accus. Object. 1.
Quod tamen non obstat, ibi enim Pontifex Romanus de famo-
so libello non agit, sed docet, quando locus sit inquisitioni,
cum scilicet de aliquo, ut criminis reo, fama surrexit, non à
male volis & maledicis, sed à providis & honestis viris.

Th. 25. 2. Opponit l. 13. C. ex quib. caus. inf. irr. ubi pa- Object. 2.
ter filios suos increpavit, dicendo eos malos, qui tamen non ef-
ficiuntur infames, sed opinio gravatur. Respond. etsi apud bo-
nos & graves viros onerant filium verba testamenti iniuriosa,
quibus eum pater increpavit, inde tamen non recte infertur,
non aliter famosum esse libellum, nisi ille apud bonos & graves
viros passus fuerit, cum argumentum illud ad arguendam pro-
positam quaestionem sit alienissimum.

Th. 26. Denique non imminuit nostram sententiam Object. 3.
textus in c. cum dilectus. in fin. X. de purg. Can. Ibi enim infamatus
super quodam crimine apud bonos & graves viros ille dicitur,
qui gravibus & bonis viris suspectus est de quodam crimine, ut
cum eisdem suppetunt quaedam indicia de alicuius facinore;
quo casu deficientibus plenis probationibus, quibus evincatur
ita infamatus, canonica purgatio ei indicitur, id est, iubetur ad-
stante legitimo bonae fidei virorum numero jurare, se innocen-
tem esse: jubentur item boni viri illi ut testes jurare, credere se
& putare, infamatum jurantem vera jurasse.

Th. 27. Finis eiusmodi infamantis est, ut honor & fa- Finis.
ma alicuius depeculetur, & facta tecta, integraque existimatio
viri honesti minuatur.

Th. 28. Infamem autem esse eum, qui per famosum li- Effectus
bellum iniuria affectus est ab aliquo, donec in iudicio contra respectu
iniuriantem iniuriarum actione coventum victricem obtinu- infamatio
erit sententiam, communis opinio vulgi est. Hinc Mechanicis
in collegiis non ferunt quempiam opifices, cui iniuria est illa-
ta, priusq; modo legitimo ille se ultus fuerit adversus injurian-
tem, à qua tamen cum Dnn. Bocero & Frehero secessum facere
Quis infamis?
suadet

Inuadet juris ratio, cum infamis propriè aliquis sit, vel iussu vel autoritate juris. *tot. tit. ff. de his qui not. inf. t. t. C. ex quib. caus. inf. irr.* nimirum ob solum facinus aliquod jure prohibitum, absque Judicis sententia, ut videre est, in *l. i. v. 4. in fin. l. 2. §. 5. ff. de his qui not. inf. l. pen. C. ex quib. caus. inf. l. 2. C. de secund. nupt. l. 41. 43. ff. de ritu nuptiarum. l. 1. §. 6. de postulando. l. 13. C. ad L. Iul. de adult. siue ob iudicalem condemnationem maleficii cuiusdam causa factam, ut in *l. 1. 4. §. fin. l. 16. 15. & seqq. l. 7. ff. de his qui not. inf. l. 11. §. 1. ff. de dolo*, siue ob pactum de quodam turpi delicto remittendo pro pretio, sine Judicis autoritate interposito, *d. l. 1. 4. §. 3. l. 6. §. 3. l. 18. C. ex quib. caus. inf. junct. l. transig. C. de transact.* Vel ex re, hoc est, propter turpia & nefaria, & propria facta, hominum opinione tantum, proprieque infames non sunt *l. 14. 19. C. ex quib. caus. inf. l. 2. C. de dignit. l. 12. ff. decur.* Vel sola gravium & honestorum hominum opinione tantum absque suo proprio scelere quodammodo infames existimantur illi, qui quidem reuera non sunt, sed in iure nostro levis notæ macula aspersi dicuntur *l. 27. C. de inoff. test. l. 13. 17. C. ex quib. caus. inf. irr.* Ex isthac nunc specierum infamium omnium inductione manifestum est omnino, quod nulla plane iniuria obueniat illi, qui famoso libello diffamatus est, *per l. un. C. de fam. libb. ibi.* Huiusmodi autem libellus alterius opinionem non lædat.*

Effectus re
spectu in-
famantis.

Th. 29. Effectus famosi libelli est obligatio ad pœnas, ex maleficiis enim nasci obligationes notum est ex *pr. & tot. tit. Inst. de Oblig. qua ex del. nasc. l. 52. §. 8. ff. de Obl. & act. & consentiens in delictum etiam in pœnas delicti consentire videtur, l. Imperatores 34. ibi, ipse te huic pœnæ subdidisti. ff. de iurefisci l. fin. ibi, quodammodo sua mente punitus. C. ad L. Iul. Maieft. Vafq. lib. 2. controvers. illustr. cap. 52. n. 7. & 17. item cap. 55. n. 1. & seqq. Paulus Berens disp. 13. them. 1. q. 1. Matth. Stephani cent. 4. q. 1. lit. 4.*

Dictum, ut
committē-
dum, cri-
mē jam ut
commis-
sum.

Th. 30. Prælibatis ergo nunciis, quæ ad publici huius Judicii naturam & proprietatem spectant, nunc sequitur præparatio illius constituendi. Illa autem consistit in accusatione seu ad Judicem. *l. 1. C. qui accus. competentem l. 9. eod. delatione. l. 16. l.*

l. 16. l. 20. eod. l. 3. 4. ff. de accus. l. 11. C. de adult. l. 9. C. ubi caus. ff. scal. ad vin licitam publicam. t. t. ff. de accus. d. l. 9. C. ubi caus. ff. l. 4. C. de quest. propter perpetratum hoc grave crimen solenniter facta, arg. l. 3. de accus. l. 15. C. de adult. l. 16. C. ad L. Cornel. de fals. l. 3. ff. de priv. del. Seu ut Prosper. Farinac. in prax. crim. lib. 2. t. 2. disp. 4. th. 1. dicit, quando propter crimen hoc commissum secundum Ordinem ac formam juris proceditur, offerendo libellum, litem contestando solenni forma, & reliqua peragendo, quæ ad substantiã huius processus spectant, ubi Judicis officium in cognoscendo ac judicando imploratur.

De accusatione criminali,

Quis accusator habilis?

Accusator præmio afficitur.

Th. 31. Quotiescunque igitur per viam accusationis hic processus instituitur, in limine iudicii probe dispiciendum est, an accusator habilis sit ad accusandum. Etsi minus habilis inveniatur, delinquens accusatus exceptionem inhabilitatis opponere, & accusatorem repellere potest. Regulariter itaque quilibet de populo hanc accusationem instituere potest, qui Lege non prohibetur, Gloss. in rubr. C. qui accus. non poss. & Baldus in addit. ad Specul. tit. de accus. versic. 1. ait, legitimum accusatorem præsumi, nisi contrarium probetur; adeo ut accusator criminis famosi libelli præmio & laude maxima afficiendus sit, sæpe cit. l. un. C. de fam. libb. d. l. 5. §. ult. ff. de inj. Sic & ille præmio affici jubetur, qui proditorem patriæ capit, aut interficit l. minime 35. ff. de Religios. & sumt. fun. Item illi præmium proponitur, qui reum falsæ monetæ accusat l. 2. C. de fals. monet. Et hoc est, quod Cic. lib. 3. de natur. Deor. dicit: Nec domus ulla, nec Respublica stare potest, si in ea nec recte factis præmia extent, nec supplicia peccatis. Quibus duobus quasi fulcris Rempublicam contineri, sapientissimus dicebat Solon, Cic. Epist. 15. ad Brut. Quod & sentit Jurisconsultus Ulpianus, officium Jurisconsultorum ac Magistratuum ita describens: Justitiam, inquit, colimus, boni & æqui justitiam profitemur, æquum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes, bonos non solum metu pœnarum, verum etiam præmiorum exhortatione facere cupientes in l. 1. ff. de just. & jur. & D. Augustinus lib. 4. de civit. Dei. c. 4. in hisce duobus, inquit, præmiis scilicet, atque pœnis, justitia versatur, qua remota regna non nisi magna esse latrocinia.

Thes.

Etiam mulier admittitur.

Th. 32. Hinc etiam mulier, (quæ alias à virili & publico officio removetur. l. 2. ff. de Reg. Jur. l. 3. §. corporalia. ff. de munerib. & honor. l. fin. C. de recept. arbitr. l. fin. C. qui per. rut. non quidem quod naturam infirmam & fragilem habeat l. 2. §. verba. 2. ff. ad Senat. Vellei. l. regula 9. in pr. ff. de jur. & fact. ignor. l. 4. §. 10. ff. ad Sct. Turpill. l. 1. C. quando mulier. l. quisquis §. §. 1. C. ad L. Iul. Maieft. l. imperialis. 23. C. de nupt. sed quia, ut refert Paulus in l. cum prator 12. §. pen. ff. de jud. receptum est, ut civilibus officiis non fungatur, seu ut idem Paulus in l. 1. §. 1. ad Sct. Vellei. loquitur, quia moribus civilia officia fœminis adempta sunt) ad hanc accusationem admittitur. l. 1. 2. ff. de accus. & inscript. l. 12. C. eod. l. 4. 9. C. qui accus. poss. etiamsi alias accusare non possit. l. 8. de accus. l. 1. 2. pr. eod. l. 5. 12. C. qui accus. l. 18. pr. ff. de jur. fisc.

Qui prohibentur.

Th. 33. Prohibetur itaque 1. ob ætatem pupillus. l. 2. §. pupillus. ff. de accus. 2. ob statum, servus, ut qui jure Civili pro nullo habetur, l. quod attinet. ff. de Reg. Jur. 3. Ob defectum mentis, ut furiosus & mente captus. Si quidem in hoc judicio requiritur voluntas & judicium. Quæ cum in hisce desint. d. l. 7. §. 79. ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. 1. C. de fals. monet. ad accusandum admitti non possunt. 4. Ob fidem suspectam, qui aliquando subornatus falsum dixit testimonium, l. 9. ff. de accus. 5. Ob inimicitiam aliquis repellitur. c. repellantur. c. eum oporteat. c. meminimus. de accus. c. 2. & c. suspect. 3. q. 5. 6. Respectu famæ ab hac accusatione repellitur, non solum jure civili, verum etiam jure Canonico, qui lege infamia notatur. l. qui accus. C. de accus. l. criminis. ibi, si tibi integra æstimatio. C. qui accus. non poss. l. popularis actio ff. de popul. act. l. infamen. ff. de publ. jud. can. infame 6. q. 1. can. prohib. 2. l. 1.

Qui accusari possunt, seu subiectum delinquens.

Th. 34. Et hæc de iis, qui accusare possunt, sequitur jam subiectum delinquens, seu ii, qui accusari possunt, & quidem 1. Author libelli famosi, seu qui librum ad infamiam alicuius pertinentem composuit & scripsit, sape cit. l. lex Cornel. §. §. si quis libr. 9. ff. de iniur. & fam. libell. & sape artic. 110. cit. ord. crim. Car. 2. Alio dictante exemplans famosum libellum d. l. lex Cornelia. & ibi. Angel. num. 1. text. in l. item a. pud 15.

pud. 1 §. §. generaliter. 27. eod. tit. Azo in summa de iniur. num. 4.
 Hostiensis in sum. de iniur. §. quot modis fiat iniuria. n. 3. vers. li-
 teris vero. 3. Qui alteri libellum famosum scribendum tradit,
 secundum Farinac. de var. ac div. quest. pag. mihi 497. nu. 447.
 4. Dictans, Angelus in d. l. lex Cornelia. num. 1. 5. Legens ma-
 gna cum voluptate. 6. Tradens inventum à se libellum fa-
 mosum alicui legendum, quamvis pœnitentia ductus altero le-
 gente eum à legentis manibus excutiat, si modo lector crimen
 jam legerit. d. l. un. C. de fam. libell. arg. l. 1. ff. de extr. crim. Bo-
 cerus ad l. un. c. 3. num. 19. 7. Mandans & consulens de famo-
 so libello componendo d. l. lex Cornelia. Facientes enim &
 consentientes pari pœna puniuntur. Azo in summa de iniuriis
 num. 4. Hostiens. d. l. n. 5. post vers. literis vero. Quod quis enim
 per alium facit, ipse facere videtur l. 152. §. 1. l. 169. de reg.
 jur. l. 1. §. de iecisse 12 ff. de vi & vi armata. 8. Mandatarius, si exe-
 cutus sit mandatum, Jacob de Aren. ad d. l. & Bonif. de vital. ad d.
 l. 9. Canens eiusmodi libellum l. 15. §. 27. vers. hæc autem. in
 fin. ff. de iniur. 10. Non corrupens famosum libellum inven-
 tum, sed ex delectatione manifestans. d. l. un. C. de fam. libell.
 nec refert, quod authorem simul demonstret, secundum Boce-
 rum in d. l. un. c. 3. n. 20. Coll. iur. Arg. ad tit. de iniur. & fam.
 libell. p. 496. tom. 3. num. 9. quo de casu recte dicit Schneidevv.
 in §. 1. n. 5. Inst. de iniur. pag. 601. *Gewehrman haben hilffe*
nicht. Facit enim in primis ratio illa, quod propositum & a-
 nimus delinquentis delicta distinguant l. qui iniur. ff. de iniur. &
 fam. libell. itaque cum dolo non careat, qui autoritate alterius
 forte mentientis vel maledicentis, ausus est probrosis verbis
 quem petere, aut quod ad diffamationem eius spectat libere
 spargere, iniuriarum reus merito iudicandus est. Hinc etiam u-
 tens scienter instrumento falso punitur, licet de authore con-
 stet l. si falsos 8. C. ad L. Corn. de fals. 11. Typographus, seu fa-
 mosum libellum typis excudens, *supra citat. Recess. Imperij.* 12.
 Emens & vendens libellum famosum, aut ut ematur vel venda-
 tur procurans d. l. lex Cornelia §. fin. ibi: item qui emendum ven-
 dendumve curaverit, & ibi gloss. in verb. curaverit. ff. de inj. & An-
 gel. in d. l. n. 1. Azo in summa de iniur. §. quot modis fiat. tot. tit.

D

14. Affi-

14. Affigens seu ponens famosos libellos in aliquo loco publico, Angel. in d. l. lex Cornelia. num. 2. & in d. l. un. C. de fam. libell. textus in cap. 1. incip. qui in alterius, in verbo, confixerit cap. 5. q. 1. alius textus in cap. 2. Ibi contestationem posuit cap. 5. q. 1. Armill. in rubr. de libello. num. 1. 15. Componens carmina, epigrammata, vel ut alii dicunt, cantiones, aut quid simile (prout etiam sæpe contingere solet) in detractationem famæ alicuius. d. l. lex Cornelia. Angelus in d. §. si quis librum. num. 2. vers. caveant igitur illi, qui cantilenas componunt, in infamiam alicuius. Est textus in d. l. item apud Labeonem. §. hæc utem, ibi aut si carmen: & ibi glossa in verb. si carmen. 16. Qui picturas aut fuforia opera in aliquo loco ponit. 17. Multo magis is, qui libellum famosum facit non sub suo nomine, sed sub nomine alterius; Is enim magis delinquere videtur, cum & alium de huiusmodi crimine, ut se exculpet, falso inculpate intendit l. lex Cornelia §. §. si quis librum. 9. ibi: etiamsi alterius nomine. ff. de iniur. & fam. libell. Azo in summa §. quot modis. de iniur. num. 3. Damhoud. in pract. crim. cap. 138. post num. 3. 18. Etiam is qui facit sine nomine, d. l. lex Cornelia §. §. si quis librum. 9. ibi, vel sine nomine.

Qui verū
crimen
objecit.

Th. 35. Et denique ille, qui non solum falsum, sed & verum crimen obiecit quod probatur per manifestam sanctionem Imperatoris Caroli V. in Ordinatione Crimin. art. 110. in verbis final. Vnd ob sich auch gleichwol die aufgelegte Schmach der zugemessenen That / in der Wahrheit erfinde / soll dennoch der Aufruffer solcher Schmach nach vermög der recht / und Ermessung des Richters gestrafft werden. Clarius hoc ipsum patet ex Constit. Elect. Saxon. 44. §. fin. p. 4. in verbis, Da er gleichwol solches folgendes könnte außführen / daß derselbe gleichwol auch willkürlichen / entweder mit Straupen / schlagen / Verweisung oder Gefängnuß / nach Gelegenheit der Verbrechen gestrafft werden soll. Quod etiam probat Constantinus Imp. in l. 1. C. Theodos. de fam. libb. Privati enim non est quasi Judicem agere, & alii petulanter insultare, idque maxime procedet, si alter iam pœnam sui delicti sustinuerit. Et quanquam Reipublicæ interest,



terest, delicta publicari, ne maneant impunita, *d. l. eum qui 18. l. quod Reipubl. 33. ff. h. t. l. ita vulneratus § 1. §. 2. ff. ad L. Aquil.* tamen hoc debito modo per ordinariam accusationem & iudicem non illegitimo modo per libellum famosum (quo ut plurimum per detractores, diffamatores, & malevolos homines, fama innocentium horrendum in modum minuitur) vel extra judiciales insectationes, & diffamationes faciendum est. *l. nullus 14. C. de Iudais. & cælicol. l. iustissimos 3. C. de Offic. Rect. Provinc. Cui sententia (licet contrarium defendant, Andr. Fachin. lib. 9. controv. jur. cap. 11. Angelus in d. l. lex Cornelia. & Sylvester Pierius in summa, in verbo, libellus. Et hos sequutus Joh. Baptista de Plotis cons. 131. tom. 1. cons. crim. à Joh. Bapt. Zilletto congestorum) subscribunt, Felyn. in cap. cum te. in fin. de sentent. & rejud. Curt. Jun. in l. fin. n. 3. ff. quod quisq. Iodoc. Damhoud. in pr. crim. cap. 136. n. 1. Addo Stephanum Aufrierum in addit. ad Tholos. in decis. 127. Ant. Gomez. tit. de delictis. c. 6. n. 1. Coll. Jur. Arg. lib. 47. tit. 10. p. 405. t. 3. n. 14. Bachov. ad Treut. Disp. 30. lit. g. p. 544. Harprecht. in §. 1. l. de ini. p. 186. n. 164. Accursius in l. 18. super verbo: infamavit. ff. de ini. Didac. Covarruv. variar. resol. cap. 11. n. 7. Fulgosius in d. l. un. C. de f. l. Wesenb. in parat. de ini. Mynsing. cons. 7. n. 29. ubi testatur de communi Doctorum opinione.*

Th. 36. Video ad probandam etiam hanc sententiam Refut. Collegium Juridicum Argentoratense dicto loco, & alios auctores afferre *l. un. C. de fam. libb.* ubi, qui probat crimen obiectum non solum à pœna famosi libelli excusatur, sed etiam laudem maximam & præmium mereri dicitur. Verum non puto illam legem hanc sententiam probare; nequaquam enim hæc mens est Imperatorum, neque id quod de præmio & honore dicitur in *d. l. ad reum famosi libelli* pertinet, sed ad eum, qui devotionis suæ, ut textus verba habent, & publicæ salutis curam gerens, Magistratum ipsemet adit, & nomen suum proficiens, quæ per famosum libellum persequenda putaverit, ore proprio deducit in iudicium, & legitime probat. Quem laude & præmio dignum iudicant Imperatores, non vero eum, qui famoso libello tale crimen obiecit.

D 2

Thes.

Object:

Th. 37. Obiiciunt hic Authores contrariae sententiae, & imprimis Fachin. d. loco, *l. eum, qui nocentem. ff. de iniur.* ubi is actione iniuriarum conveniri non potest, qui verum alicui crimen sive vitium, quod publice esse notum, expediat, obiecit. Ad quam tamen Resp. illam distinctionem hic non esse admittendam, quia famosus libellus semper crimen continet, omne autem crimen notum esse expedire Reip. videatur; deinde magna est etiam inter simplicem iniuriam, de qua Paulus *in d. l. eum,* & famosum libellum, de quo hic agitur, differentia, quia eum famosus libellus, utpote animo deliberato conceptus, & continua aliquem infamia premens, juxta tritum illud: vox audita perit, litera scripta manet, non solum quavis iniuria alia sit atrocior, sed etiam, ut verbis utar Damhouderi *in prax. rer. crimin. cap. 138. n. 2.* quovis ferro nocentior, & aspide quavis formidolosior. Quod itaque in odium tam detestabilis criminis (quo plerumque innocentissimi quique crudelius, quam ullo gladio laeduntur) expressè est statutum, interpretatione ad simplicem iniuriam non est extendendum, *l. interpretatione 42. ff. de pœn.*

An Magistratus de famoso libello contra ipsum facto cognoscere possit?

Th. 38. Sed hic non inconvenienter quaeritur, si libellus famosus contra ipsum Magistratum fuerit factus, an ille hoc casu Judex competens esse possit. & ita adversus criminofum cognoscere queat? Respondeo cum Nicolao Reusnero *lib. 3. conf. 5.* qui etiam testatur hanc opinionem in practica receptam esse; quod sic, per textum *c. Salonitana. 23. d. 63.* & ibi apertius glossa, in verbo: relaxari. Nã quoties Judici infertur iniuria ut Judici, & illa notoria sit, ut in hoc casu, qui Senatū famoso libello, ut Judices diffamavit, ipse Judex puniendo, non in suo sed alieno negotio procedere, & condemnare dicitur, per textum expressum, *in c. 1. de pœnis in 6.* ad quem Bernardus, ut ibi refert glossa, dixit: quod si iniuria illata praelato, ipsum tantum tangit, non potest aliquem pro iniuria illa punire; si vero tangit Ecclesiam vel publicam utilitatem, potest iniuriantes punire: imò nec talem iniuriam remittere potest, *d. c. Salonitana. dist. 63.* ad instar filii-familias, qui potest remittere iniuriam sibi factam in quantum ipsum tangit: sed non in quantum tangit patrem *l. 1. §. usq. a. de off.*

adeo ff. de iniur. Et hæc maxime procedunt, si pœna ad Reipublicæ vindictam tendat, siquidem præsumptio regulariter militet pro Magistratu, c. 1. in præsentia. de renunt. cap. sicut nobis, de sentent. & rejud Reipublicæ enim interest maleficos puniri. Addit & hoc Reusnerus d. conf. 5. n. 44. Magistratum in propria causa ius dicere non plane prohiberi, quam potestatem hancce consuetudo ipsi tribuat. cap. cum contingat. in fin. de for. compet. cap. dilecti. de arbitr. cap. 1. in fin. de pœn. in 6. l. 1. §. ult. C. de emancip. liber. l. 2. C. quæ sit long. conf. Quod & minus dubii habet in ditionibus Elect. Saxon. ubi nobilibus aliisque Magistratibus, in foro suo, ac causa propria, etiam civili subditos suos convenire fas est, adhibito tamen Notario iudicii iurato ob textum clarum in Process. Ind. Novo tit. 2. §. Ob wir auch wohl.

Th. 39. Hinc non obstat, quod certissimi juris sit, ne Obiect. minem in causa propria tam civili, quam criminali iudicem esse, aut sibi suisque jus dicere posse l. qui iurisdictioni 10. ff. de iurisd. l. nullus 10. ff. de testib. & l. ult. §. pen. ibi: nec de se, nec de suis facultatibus iudicatos C. ubi Senat. vel clariss. l. un. C. ne quis in causa sua. Et grave admodum est, sub iudice suspecto litigare, magno non solum dispendio temporis & sumtuum, sed etiam periculo ipsius causæ, can. quia suspecti 3. q. 5. Nam Magistratus in hocce casu nequaquam in sua propria causa ius dicit, siquidem ea demum causa iudicis propria esse dicitur cuius commodum & incommodum ad eum principaliter spectat, Cujusmodi sane causa criminis huius publici non est, ut in qua iudex ius dicere censetur de eo, quod Reipublicæ interest, puta criminis coercendi causa, ut pœnam nocentes luan. Quod vero dicitur, grave admodum esse sub iudice suspecto litigare, ad id Resp. suspicionem aliquam in iudicem non cadere, quippe qui vir bonus est, & esse debet l. sed si unius 17. §. ait Prætor. ff. de iniur. l. continuus 137. §. cum ita. ibi: ad iudicem, hoc est, ad virum bonum remittamur. ff. de verb. obligat. l. vir bonus 18. ff. de iudic. solv.

Th. 40. Cum iam iam in hoc processu dictum de principalibus personis, consideratio quoq; habenda est personarum, accesso-
 D 3
 riarum

Dictum de
 princip.
 perf. jam
 de access.

An procurator in hoc crimine admittatur?

riarum nempe Procuratorum & patronorum causarum, qui non pro se, sed pro aliis postulant, hoc est, non suum, sed alterius desiderium in jure ac judicio tum asserendo, tum contradicendo opponunt l. 1. & 2. §. 6. ff. de post. Et quaeritur, an illi etiam in hacce causa criminali de jure civili possint constitui? Ad resolvendam hanc quaestionem, regulam negativam constituo, quod scilicet in publicis Judiciis procurator non admittatur, text. in l. 1. ff. an per alium caus. appell. ibi dicitur, sin autem non sit pecuniaria causa, sed capitalis per procuratorem agi non licet. Item textus in l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. jud. ibi: ad crimen judicii publici persequendum frustra procurator intervenit, multo magis ad defendendum. Et de jure Canonico habemus textum in cap. veniens. de accus. dum ibi dicitur; nec procuratores eius in causa possumus recipere criminali. Alius textus in cap. in criminalib. §. quest. 3. ibi: In criminalibus causis nec procurator admittitur. Item in c. si quando 2. q. 6. ibi. Si quando in causa capitali, vel causa status interpellatum fuerit, non per exploratores, sed per se ipsos est agendum.

Non accusatoris.

Th. 41. Proposita autem regula procedit non solum in accusato, sed etiam in accusatore, quem nec pariter posse in criminali judicio per procuratorem comparere, probat text. in d. l. 1. in fin. ff. an per alium. In illis verbis: idemque erit probandum, & in ipso accusatore, item text. in d. l. pen. §. ad crimen ff. de publ. jud. ibi: ad crimen judicii publici persequendum frustra procurator intervenit. Ratio duplex reddi potest, quia in criminali causa, non suum agit accusator negocium, sed publicam utilitatem exequitur, ut coerceantur delicta: quae non manere impunita publice interest, d. l. §. 1. §. 2. ff. ad L. Aquil. Cum autem privatim nihil intersit accusatoris, sed agit, ut aliquis de populo, procuratorem dare non potest. 2. Cum quilibet accusator ad poenam talionis inscribere necesse habeat, tum ex lege Canonica, quam civili, ne innocentia cuiusquam tenere vim calumniae patiat, §. poena l. de iniur. l. si cui 7. ff. de accus. & l. ult. C. eod. l. 2. C. de his qui accus. non poss. can. quisquis 2. q. ult. quin & accusator cum accusato in pari custodia debeat detineri d. l. ult. accusatorem certe in judicio praesentem adesse oportet, ut si fortassis ab accusando desistat, aut alias probatione deficiat,



at, condemnari se videat in pœnam S^Cti Turpilliani, aut talionis *d. l. 7. l. 1. C. ad S^Ct. Turp.* Quæ pœna cum in Procuratore locum non habeat, quippe cuius factum in causa tanti præiudicii Domino obesse solet *l. 39. in pr. ff. de procur.* satis exinde apparet, frustra Procuratorem in hacce causa constitui.

Th. 42. De Jure vero hodierno hanc regulam constituo. De jure hodierno re-
Procurator in causa hacce intervenire potest, cum moribus no-
stris pœna talionis & inscriptionis solennitas passim in desue-
tudinem abiit, ac rescripto Carol. V. Imp. penitus sublata fuit in
Ord. Crim. art. 12. in verb. Und nemlich also/ daß der Ankläger/
wo er die peinliche Rechtfertigung nicht ausführen / oder dem
rechten verfolgen wurde / und die geklagte Missethat / oder aber
redliche und gnugsame Anzeigung und Vermuthung derselben
in zimlicher zeit / die ihm der Richter setzen wurde / nicht dermas-
sen beweist / daß der Richter und Gericht / oder der mehrer theil
aus ihnen für gnugsam erkantet / oder sonsten im rechten fällig
wurde / alsdann den kosten so darauff gangen ist / auch dem Be-
klagten / umb seine zugesetzte Schmach und Schaden abtrag-
thun wolle *rc.* Forte ob eam rationem, ne metu propriæ salu-
tis ab accusatione quis desistat, & sic crimina impunita rema-
neant, cum plures accusatores criminum & quasi vindices ex-
tare, utile sit Reipubl. Cessante itaque causa prohibitionis,
ipsa quoque prohibitio cessat, *cap. cum cessante, de appell. l. adi-
gere 6. §. quamvis. ff. de jur. patr.* Quod & in Imperio Romano
Germanico dubium non habet, ob verba manifesta *in artic. 12.*
ibi. So bald der angeklagte zur Gefengnuß angenommen ist / soll
der Ankläger oder sein Gewalthaber *rc.*

Th. 43. Pro reo autem criminoso procuratorem inter- Non rei
venire non posse probatur, *per d. l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. jud. criminosi.*
ibi, multo minus ad defendendum. ratio autem 1. quia præsen-
tia accusati plurimum momenti habet, ad hoc, ut Judex ex vul-
tu & sermone conscientiam eius observare possit. In vultu
sane sæpe existunt pallor, consternatio & mutatio crebra, quæ
perpetratum facinus interdum vehementius, quam ulla pro-
bationes arguunt, ut inquit Harpr. Hinc illud Ovidii *lib. 2. Me-
tamorph. fab. 5.*

Hec

Heu quam difficile est, crimen non prodere vultu!

Et Cicero ait: Ex oculorum obtutu, superciliorum aut remissione aut contractione, facile judicamus, quantus sit in homine dolor, aut metus aut tristitia, *lib. I. Off.* Contra, constans sibi per omnia sine affectatione vultus, bonæ conscientiae indicium censetur. Quo pertinet illud Horatii, *lib. I. Epist. I.*

Hic murus aheneus esto:

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Et illud:

Nescia mens fraudum, inculpataq; integra vita,

Scommata nullius, nullius arma timet:

Omnia contemnit, ventis velut obvia rupes:

Mendacesq; sonos unius asis habet.

In sermone vero hæc in sunt: titubatio, trepidatio, varietas, & repugnantia responsionum. Quæ omnia procuratore constituto, in reo absente considerari & observari nequeunt. 2. Quia non iudicium elusorium reddi debet, *l. 75. ff. de iud.* quod utiq; fieret, si reo abesse, & procuratorem dare liceret: siquidem procuratore condemnato, contra eum tanquam innocentem executio fieri non posset, sicque crimina impunita relinquerentur. Certissimi enim juris est, quod in caput solius rei accusati, si damnatur, sententia à Iudice executioni mandetur *l. 10. in fin. ff. de Carbon. edicto.* Noxa enim sequitur caput §. *omnes l. de nox. act.*

Advocat⁹
vero ad-
mitt.

Th. 44. Ex quibus sequitur, quod ne quidem rei absentis, aut incarcerati, procurator admittatur. Advocatus autem, qui Dominus litis non est, nec in eum capitalis sententia ferri potest *l. 22. cum l. seq. C. de procur. l. 1. C. de sent. & interl. omn. jud.* ad probandam rei innocentiam recte admittitur per manifestam Sanctionem *Crim. Car. art. 88. in pr. ibi: Klärgern und Antwortern soll jedem theile / auff sein Begehren ein Fürsprecher auß dem Gerichte erlaubet werden.*

Libelli ac-
cusatorii
oblatio.

Th. 45. Dictum præcedentib. fuit de personis, quarum consideratio habenda in hocce processu, jam agendum est de forma illius, quæ consistit in libelli accusatorii oblatione, quæ oblatio necessaria est, per Tiber. Decian. *in tract. rerum Criminal. lib.*

nal. lib. 7. c. 44. Wefenb. in parat. ff. de accus. Johan. Emer. à Rossbach in process. crim. tit. 1. cap. 7.

Th. 49. Libellus autem, ut puto, hunc in modum formari potest: Vor euch Herr Richter/ erscheine ich Sempronius N. Burger zu N. und gib euch meiner höchsten unvemeidlichen Ehren Nothdurfft nach hiermit zu vernemmen / wiewohl beydes Geistlichen und Weltlichen Redten/ auch allen wohlbestelten Politceyen ganz heilsamlich / wohlbedächlich und löblich versehen/ ja auch die selbst scheinende natürliche Billigkeit ieder männiglich gnugsam zu verstehen gibt / daß kein Mensch dem andern an seinen wohlhergebrachten Ehren / guten Namen und Leinuth/ weder heimlich noch öffentlich verleylich antasten/ verkleinern / oder schmähen / viel weniger aber einer unmenschlichen / mörderischen That bezüchtigen / und deßhalb hin und her außschreyen / sondern sich dessen alles / bey hochverbottenen Straffen gänzlichen enthalten / und seine gegen iederman vermeintlich habende Sprüch und Forderung durch ordentlichen Weg des Rechtens austragen/ und daran ersättigen lassen solle.

Wiewohl auch ich mich (doch ohne eigenen ungebührlichen Ruhm zumelden) von Jugend auff meiner verständlicher Jahren/ ehrlich / redlich / auch wie einem ehrlichen Bidermann gezimbt und eignet/ wohl verhalten/ insonderheit aber allen straffbahren Lastern und mörderischen Thaten von herten feind / auch allen den jenigen/ so sich dero bößlich beflissen / abhold gewesen / und noch bin / also daß man mich keines solchen unehrbahren Stucks/ vielweniger eines unmenschlichen mörderischen Todtschlags/ mit grund der Wahrheit bezeyhen / oder selbiges / da es von jemanden beschehen / beweislichen wahr machen / und beybringen können wird.

Dessen jedoch alles unangesehen / und unbetrachtet / hat Titius N. Burger zu N. sich auß ganz verbitterten wider mich tragendem Gemüth/ höchstem gefassen Reid und Haß/ ganz vermessentlich unerstandnen / mich nicht allein ganz verkleinertlich und Ehrverleylich anzutasten / sondern auch eines unmenschlichen an seinem Bruder Cajo begangenen Mordstücks / in einem Famoso libello oder Schmähschriftt bezüchtigen. Nun hab
E
ich

ich zwar solche mit lautern erdichtem Vngrund mir die zugelegte Schmach alsobalden mit höchstem Ernst zu Herzen genommen / wie ich dann dieselbe nochmahls ad animum bekümmertlich revociren thue / und keines wegs geständig bin / als ich auch im geringsten darvon nicht weiß / daß ich mit ermeldten Titii Bruder Cajo die Tag meines Lebens in einigen Widerwillen gerathen / viel weniger aber ihne mit Schlägen zu beleidigen / oder aber solch wider mich fälschlicher weiß aufgegebenen Mordstücks zu begehren propositum oder Vorsatz gehabt: Sondern kan und will an gebührenden Orthen und Zeit mit lebendiger / guter / unverwürfflicher Kundschaft beweisen und darthun / daß an jenem Tag / da er Cajo verfahren seyn soll / ich zu N. noch verharret / und erst etliche Tag hernach mich auf den Weg widerum begeben habe.

Wann ich dann solches wider mich aufgegebenen fälschlichen mörderischen Stücks allerding unschuldig weiß: So bitt ich euch / Herr Richter / daß ihr den beklagten Titium mit endlichem Breheil und Recht peinlich straffen sollet / wie sich Ordnung gemeldter Gericht gebührt und recht ist.

Satisfactio
accusato-
ris,

Th. 47. Ad formam etiam huius processus requiritur satisfactio accusatoris, ne innocentia accusati vim calumniae patiat, sed is deducta innocentia iniuriam sibi illatam debito modo vindicare, sumtusque repetere queat, quod probatur per *art. supra cit. 12. Ord. Crim. Car.* Ex quo constat accusatorem sive procuratorem eius, custodiae dari debere, donec usque caverit fideiussoribus & pignoribus, & satisfactionem idoneam de sumtibus & damnis, in casum succumbentiae refundendis, nec non satisfactione iniuriae illatae praestiterit.

An diffamatus ad accus. à Magistrat. compelli possit?

Th. 48. Ulterius quaritur: an diffamatus iniuriam sibi suisque illatam vindicare nolens, ad accusandum à Magistratu compelli ac cogi possit? Quod negandum puto per *l. un. C. ut mem. inv. ag. cog. ubi Imper. Diocl.* hisce verbis disponit: *Inventus agere vel accusare nemo cogatur: quod & habetur in l. fin. C. de usur. pup. Authent. Qui semel. C. quomodo & quando Iudex* Textum etiam manifestum habemus in *art. 214. Ord. Crim. Carolin. in verb.* Auch in diesen oder andern dergleichen Fällen / zu klagen wider seinen Willen nicht genöthiget. Und wo der Beschädigte

Schädigte nicht peinlich klagen wolte / so soll dennoch die Obrig-
keit den Thäter nichts destoweniger von Amptswegen rechtferti-
gen / und nach Belegenheit der Person / und überführung straf-
sen lassen.

Th. 49. Ne vero ita crimen famosi libelli maneat im-
punitum. Quær. an Magistratus nullo existente accusatore, in
criminis huius authorem jure inquirere possit ac debeat? Sen-
tentia affirmativa subscribo, quamvis contrarium defendant.
Farin. in prax crim. lib. 1. tit. 1. q. 1. n. 7. Menoch. conf. 160. n.
759. Fundamentum sententiæ affirmativæ primum, est in tex-
tu Nov. 128. cap. jubemus. Ubi Imperator inquisitionem appro-
bat: Jubemus, inquiens, omnes judices, tam militares, quam
civiles, per se requirere eos, qui latrocinia, aut violentias, aut
rapinas rerum, aut sceminarum, aut alia quælibet in provinciis
illicita committunt, & supplicia eis legitima inferre, neq; pro
his causis accipere aliquid, consuetudinis nomine. Imò pec-
nam in eos, qui eiusmodi inquisitionem negligunt, constituit
dicta Nov. in verb. Si quis autem judicium hoc non custodierit:
cognoscat, non solum se commisso sibi cingulo spoliandum,
sed decem librarum auri pœnam exsolvere, eo, quod præsum-
pserit, talem causam assumere: post tormenta vero & confisca-
tionem substantiæ, in exilium redigendum & relegandum. 2.
Est textus expressus in l. 3. ff. de offic. pras. In cuius fine Paulus
notabiliter dicit: In mandatis Principum est, ut curet is, qui
provincia præest, malis hominibus provinciam purgare, nec
distinguitur unde sint. 3. in l. ea quidem C. de accus. ex qua pro-
batur, Magistratibus licere apparitores & officiales suos habere,
qui maleficia inquirant, & denuncient, ac subinde in eos anim-
advertant, quos deliquisse compererint, etiam sine solennibus
accusationum. Hiq; Nunciatores appellantur in l. 6. §. nunci-
atores ff. ad SCt. Turp. Nec non Irenarchæ l. divus ff. de cust. re-
or. 4. est in l. 13. ff. de off. Pras. ubi Ulpianus hæc verba scribit:
Congruit bono & gravi præfidi curare, ut pacata atque quieta
provincia sit, quam regit, quod non difficile obtinebit, si solli-
cite agat, ut malis hominibus provincia careat, eosq; conquirat.
Nam & sacrilegos, latrones, plagarios, fures conquirere debet:

An Magi-
stratus ex
officio in
huiusmo-
di crimino-
sum inqui-
rere possit?

E 2 & prout

Ge-
n-
r-
ch
cii
e-
er
ts
nd
n-
em
nd
be.
h-
itt
li-
de-
fa-
ti-
no-
rs.
ro-
de-
ous
is-
ibi
atu
ut
tus
de
ex-
ro-
zu
Be-
igte



& prout quisque deliquerit, in eum animadvertere, receptoresque eorum coercere, sine quibus latro diutius, latere non potest. 5. est in l. 4. §. 1. ad L. Iul. pecul. ubi Marcianus Jctus ait: Mandatis cavetur de sacrilegiis, ut praesides sacrilegos, latrones, plagiarios, conquirant: & ut quisque deliquerit, in eum animadvertant. 6. est in l. 1. C. de cust. reor. ubi Imp. Constantinus ad Florentium rationalem hoc modo rescripsit: In quacunque causa reo exhibito, sive accusator existat, sive eum publicae sollicitudinis cura produxerit, statim debet quaestio fieri, ut noxius puniatur, innocens absolvatur. 7. Hoc ipsum sacris literis constantaneum est, in quibus passim Magistratui praecipitur, ut gladium ad DEO datum usurpet, atque in malos exerceat, debito modo eos inquirendo, & severe puniendo, Num. cap. 35. v. 30. Deuteron. c. 17. v. 4. cum seqq. ad Rom. v. 13. vers. 4. Postremo hanc sententiam quotidianus usus & consuetudo, quae est optima legum interpret, corroborat l. 37. ff. de leg.

Object.

1.

Th. 50. Fundamentum autem authorum contrariae sententiae est 1. est in l. rescripto divorum fratrum. 6. §. si quis. ff. de manerib. & honoribus, ubi si quis accusatorem non habet, honoribus prohiberi non debet. Ad quam vero Resp. concedendo, absq; accusatore neminem condemnandum esse, sed in hac inquisitione prorsus non deficit accusator, quia fama est loco accusationis, c. cum oportet 19. extr. de presunt. Wesenb. in parat. ff. de accus. n. 3. Dicta ergo lex 6. intelligenda est, si nec quispiam accuset, nec fama nec indicia adversus eum militent.

2.

Th. 51. Secundo communiter allegare solent exemplum Salvatoris DN. nostri JESU Christi, cuius omnis actio debet esse nostra instructio. Qui mulierem adulteram interrogatam, ubique essent ipsius accusatores? Respondentem: Neminem adesse, noluit condemnare, sed pronunciavit: Si nemo te accusat, nec ego te condemno. Iob. c. 8. vers. 11. Deficiente ergo accusatore, neque per modum inquisitionis procedendum esse autumant. Verum nec hoc obstat, ne enim de varietate & discrepantia Exemplarium & commentatorum circa hanc historiam quidpiam dicam, qua de re videri potest, Calixt. 5. Concord. Evangel. 15. pag. 246. Contestatur ipsa facti narratio, Christum

stum ideo adulteram hanc condemnare noluisse, non ut auctoritate sua confirmaret flagitiorum impunitatem, aut quod sine accusatore Magistratus Politicus neminem judicare & condemnare possit: sed ut ostenderet, sui non esse officii, nec propterea se in mundum hunc venisse, ut sibi auctoritatem Politici Magistratus assereret, judicaret mundum, aut controversias ad forum fori spectantes decideret: sed ut Evangelium doceret, & pro peccatis humani generis satisfaceret, sicq; mundum servaret. Adeoq; monere nos Christus voluit, ne in alienam functionem nos ingeramus, quod & Petrus prohibet, *1. Petr. cap. 4. vers. 3. & 5. & 15.* Facit in arg. *Luc. 12. v. 14. ibi,* Cum quidam Salvatorem arbitrum familiae herciscundae postularet adversus fratrem. Respondit illi: heus tu quis met vobis iudicem praefecit. quo ipso autem Christus istius fratris morosi & iniqui duritiam & fraudes non probavit.

Th. 52. Tertio confirmant sententiam, *per l. 19. C. ad L. Iul. de adult. l. ult. ff. de priv. del.* quibus traditur, neminem sine accusatore damnandum esse, neque sine accusatore, iudicium criminale habere posse. Verum ad has Resp. ut in th. 50. dictum, indicia & famam esse loco accusationis, adeoque nec reus absque accusatore condemnatur.

Th. 53. Ex quibus omnibus haecenus in medium adductis iuribus ac rationibus perspicuum evadit: criminis famosi libelli inquisitionem & investigationem non solum Magistratum, Judicumq; potestati ordinarie & regulariter concessam & permissam esse: verum etiam necessitati subiectam esse. Quod & minus dubii habet in Imperio Romano, ob textum, *in art. 219. Ordin. Crim. Carolin. in verb.* Wo aber die Obrigkeit ex officio und von Ampts wegen wider einen Mißhändler mit peinlicher Anlag und Handlung vollführen / so sollen die Richter / wo ihnen zweiffel zufile / bey der nechsten Hohenschulen zc. Rath zu suchen schuldig seyn. Similis extat textus, *in art. 214. Ord. Crim. in final. verb.* Und wo der beschädigte nicht peinlich klagen wolte / so soll dennoch die Obrigkeit den Thäter nichts desto weniger von Ampts wegen rechtfertigen / und nach Gelegenheit der Person und überfahung straffen lassen. Quod sane non alio modo,

modo, nisi per inquisitionis processum fieri potest, Matth. Steph. in not. ad d. arr.

Quomodo processus inquisitorius institucnd^o.

Th. 54. Sicut autem processus hic inquisitorius est ad gloriam DEI, c. cum ad Thessalonicam. 11. q. 3. ad vindictam legis. Rom. 13. vers. 4. l. si vindicari. C. de pæn. ad publicam salutem, & ad damnum aliquod avertendum, l. si minoris. ff. de adm. tut. denique ad fontes puniendos suscipi debet, Albert. Rosat. in l. fin. num. 11. C. de accus. ita in hocce crimine inquirendo procedi etiam debet, secundum leges divinas & humanas, c. 3. q. 9. secundum jus vetus & Constitutionum formam, l. absentem, C. de accus. neque ex affectione, corde & severitate nostra, Bald. vol. 5. cons. 298. n. 3. sine odio, c. 11. q. 3. cap. 24. extr. de accus. c. 1. extr. de sentent. in 6. sine gratia, l. in heredem in pro. ff. de calumn. sine ira & furore, c. illi. c. cum autem, c. summopere. 1. quaest. 3. sine levitate, d. c. summopere. sine imperitia, l. qui cum §. si tamen ff. de bon. libert. sine præcipitantia, Esar, cap. 28. v. 8. l. 1. C. de exec. rei iud. sed ex legitima legum autoritate, & animo ac mente per rationem & intellectum gubernata. Bald. vol. 5. cons. 421. n. 10.

1. Requisitum est apparentia famosi libelli.

Th. 55. Primum ergo huius inquisitionis requisitum est, apparentia famosi libelli: nisi enim de famoso libello constet, nullo modo adversus certam aliquam personam inquiri potest. Quod & in Imperio Romano probè observandū esse, apparet ex Ordin. Crim. Carolin. in art. 6. In verb. Darzu soll auch ein ieder Richter in diesen grossen Sachen über der peinlichen Frage / so viel möglich und nach gestalt und Gelegenheit einer ieden Sachen / beschehen kan / sich erkundigen / und fleißig Nachfragens haben / ob die Missethat / darumb er angenommen / berichtiget und verdacht / auch beschehen seye / oder nicht: wie hernach in dieser unser Ordnung ferner erfunden wird. Et in art. 8. in pr. So die Missethat einer Todesstraff halber kündlich. Nam laude digna est opera & labor Judicis, si ipsum libellum inspiciat, antequam ad inquisitionem aliquam specialem procedat, & caute Judex, quamvis ex debito officii, contra criminosos inquirere, eosq; punire, ne delicta videatur teneatur approbare agere, debet, ne incaute absq; qualiquali etiā coniectura & presumptione ad in-

ad inquisitionem procedat, quia illa famam apud bonos & graves viros minuit, eiusque existimationem laedit. Jacob Menoch. l. 1. q. 88. n. 9. & 10. de presunt.

Th. 56. 2. Requiritur Judicis competentia. Inquisitio enim non nisi à Judice competente fieri debet, alias nulla erit, l. 1. & tot. t. C. si non à compet. iud. Judex vero competens est, qui habet potestatem de causis criminalibus, cognoscendi ac crimen puniendi. Hostiensis in summa de inquis. inquisitionem, definit: quod nihil aliud sit, quàm criminis alicuius manifesti, ex æquo & bono, à Judice competente, qui & coercendi & puniendi potestatem habet, iusta & legitime facta, investigatio.

2. Judicis competentia

Th. 57. Judicem etiam competentem facit forum diffamantis legitimum. Quod requisitum tam ad inquirendum, quam ad procedendum per viam accusationis adeo necessarium est, ut eo non observato, nec processus inquisitorius subsistat, l. 1. & tot. tit. C. si non à jud. compet. & l. 1. C. ubi de crim. agi oportet. Quod forum triplex est. 1. Forum domicilii, absque dubio enim sortitur forum delinquens, ubi suum domicilium habet. l. 2. C. de iurisd. l. 1. ff. de interd. & releg. l. 7. §. 10. eod. Intelligendum hic autem est, domicilium habitationis, non naturale, seu originis. l. 19. §. 1. & l. ult. de jud. l. 2. C. de iurisdic.

Judicem competentem facit forum legitimum, quod triplex. 1. Forum domicilii,

Th. 58. Secundum forum est delicti commissi. Sortitur namque diffamans forum etiam eo in loco, in quo crimen famosi libelli perpetravit. l. 3. ff. de offic. Praef. l. si cui crimen 7. §. pen. & l. fin. ff. d. t. l. fin. de accus. l. 7. ff. de cust. reor. Hinc quaeritur: num dicatur forum competens, seu locus criminis famosi libelli commissi, in quo eum scripsit: an verò in quo illum manifestavit? Posterius defendam, quia crimen in loco, ubi perficitur, suam formam accipit, per quam dicitur crimen. arg. l. 9. §. 3. ff. ad exhib. Bald. in l. 5. n. 7. C. de episc. & cler. ubi dicit, quod quando proponitur puella rapta in Perusino territorio, compressa verò in Cortonensi territorio, Cortonensis Judex delicti competens sit, propterea, quod in Cortonensi territorio delictum fuerit consummatum, quanquam ratione attentati Judex Perusinus raptorem puniat.

2. Delicti commissi.

Thef.



Ad Iudex
domicilii
diffam. re-
quisitus ci-
tationem
Iudicis cri-
minis com-
missi exe-
qui debe-
at?

Th. 59. Incidit etiam illa quæstio; an Iudex domicilii diffamantis, requisitus, citationem Iudicis criminis commissi exequi debeat? Casus erit talis: Titius in quadam civitate perpetravit crimen famosi libelli, & postea fuga salutem in domicilium habitationis quærit, ambigitur: Utrum Iudex domicilii illius, teneatur reo citato iniungere, ut in foro delicti copiam sui exhibeat? & Resp. quod sic, per l. 3. ff. de re milit. l. 28. §. 15. ff. de pæn. l. 7. §. 4. l. fin. ff. de accus. Nov. 60. c. 1. Nov. 134. cap. 4. & 5. c. 1. extr. de raptor. cap. fin. extra de for. compet. c. 2. q. 1. Hocque est quod Andr. Rauchbar / l. 1. q. 50. n. 19. dicit; remissiones adeo necessario fieri debere, ut Iudice criminis id flagitante, domicilii Iudex, licet ad jus reddendum paratum dixerit, remissionem declinare nequeat. Rationem hanc ex d. l. 28. §. 15. ff. de pæn. addo, quia plus solatii accedit læsis isto crimine, si in conspectu eorum & in loco criminis commissi vindicta de fontibus sumatur.

3. Est de-
prehensio-
nis.

Th. 60. Tertium forum est deprehensionis, diffamantes siquidem forum etiam sortiuntur, ubi reperiuntur & deprehenduntur l. 1. ubi Vultei. n. 36. & seqq. C. ubi de crim ag. op. l. 1. C. ubi quis curial. Maxime si sunt vagabundi, Wes. in parat. ff. de jud. Sed quæritur: an Iudex loci, in quo diffamator reperitur, ad eius coercionem sit obstrictus? Pono casum: Iudex quidam criminis commissi nolens impendere sumtus, punitionem huius criminis negligit, nec delinquentem alibi repertum & deprehensum sibi remitti petit, quæritur, an Iudex loci eiusmodi diffamatorem punire debeat? Resp. quod sic, ob rationem, ne scilicet crimina maneant impunita, supra cit. II. Quod certe fieret, si Iudex loci, in quo delinquens reperitur, qui proximus est ad puniendum, & cui potissimum ob præventionem hoc incumbit, id facere neglexeris.

Deprehen-
so diffama-
tore Iudex
cum car-
ceri trade-
re debet,

Th. 61. Deprehenso itaque diffamatore Iudex eum custodia, & carceri tolerabili usque ad sententiam, eiusque executionem tradere debet, ne is aufugiendo præsentiam suam subtrahat. Cum autem carcer sit mala mansio & torturæ species, in l. 7. in pr. ff. de positi. & rem nobis auferat omnium gratiosissimam ac pretiosissimam, nempe libertatem, prorsus inestimabilem.



stimabilem, ut ait textus in §. ult. l. quib. ex caus. man. Hinc
 Prosp. Farinac. eleganter in prax. crim. q. 27. n. 1. & 2. dicit:
 experientiam quotidie nos docere, carcerem esse sepulturam
 vivorum, consumptionem bonorum, consolationem inimico-
 rum, & experientiam amicorum. Ideo caute, ac prudenter
 Judex agere debet, ne ad incarcerationem nimium festinet, &
 innocentes indebite detineat. Hinc etiam sequitur, quod ad
 solam partis querelam nunquam debeat decerni captura con-
 tra querelatum, sed oportet Judicem summam investigare,
 an crimen famosi libelli sit commissum ab accusato, vel saltem
 sit suspicio: solent enim ut plurimum offensi recurrere ad Ju-
 dicem, maxime quando sunt potentes & querelare offensores,
 eosque in carceres detrudi petere, & sic iudicium eludunt.

Th. 62. Obiter hic quaeritur: an carcer sit poena? & Resp. Obiter
 negando per l. aut damnum. 8. §. solent Praesides. 9. ff. de poenis, i-
 bi: carcer ad continendos homines, non ad puniendos haberi sit poena?
 debet. Textus etiam est in l. incredibile 6. C. eod. l. I. C. de cu-
 stodia reorum. & art. 11. Ordin. Crim. Carol. in verb. Und ist da-
 bey sonderlich zu mercken/dass die Gefängnuß zubehaltung / und
 nicht zu schwerer/gefährlicher peinigung der Gefangenen sollen
 gemacht und zugericht seyn.

Th. 63. Obstat verò experientia quotidiana, qua vide- Obstat.
 mus facinorosis carceris poenam irrogari. Ad quod vero Resp.
 artic. 157. Ordin. Crim. Carolin. Wo aber der Dieb keine solche
 Geldbusse vermag / soll er mit dem Kercker / darinnen er etliche
 zeitlang liegen soll / gestrafft werden. Et in art. 216. in pr. Ibi: So
 aber ein solcher überfahrer bestimbre Geldpein nicht vermöchte /
 der soll mit dem Kercker also lang gestrafft werden / bis er dem
 Verletzten nothdürfftige entschuldigung thut.

Th. 64. Cum autem is, qui accusatur non confestim Interpella-
 reus est, sed qui convincitur, aut crimen confitetur, idcirco re-
 quiritur etiam in hoc processu criminali interrogatio & inter-
 pellatio accusati de veritate criminis famosi libelli commissi. Juris
 enim ordo haudquaquam patitur reum inauditum condemnari,
 l. 6. C. unde vi. l. 1. & l. 1. ff. & C. de requir. reus. l. qua de re 74. ff. de
 iud. l. prolatam. ubi Bart. C. de sentent. & interloc. omn. iud. l.
 F absentem

absentem 6. C. de accus. Hinc Seneca: parte altera inaudita, Judex, etiam si æquum statuatur, tamen iniquus est. Et nullum dubium est, ut accusato pateat defensio: at quomodo reus suam innocentiam probare poterit, nisi de crimine commisso interrogetur? Interrogatio autem debet esse articulata, clara & pertinens: nam caute procedendum est, ne supprimatur veritas, aut innocens pœna gravetur, cum de hominum capite agatur, quo nihil est orbe terrarum præstantius. Nov. 8.

An iudex simulationibus pro eruenda veritate possit uti? Th. 65. Hinc quaeritur: an Judex pro eruenda veritate huius criminis commissi possit simulationibus uti? Dico quod sic, si ad finem bonum ordinatae ac jure non prohibita sunt. Exemplum habemus in Salomone. I. Reg. 3. v. 24. seqq.

Responsio interrogati debet esse clara. T. 66. Responsio autem interrogati debet esse distincta, clara & manifesta ad singulos articulos & positiones. Si vero interrogatus manifeste respondere recuset, denuo adhuc semel et iterum est interrogandus, donec usque ad articulum congrue respondeat, quo Judex certus fiat, num reus crimen confessus sit, nec ne. Si vero omninò nihil respondet, tum questionibus subiiciendus, & ab eo expressa responsio extorquenda est. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. q. 45. n. 6. hoc enim ipso, quo respondere non vult, satis se suspectum facit, & indicium ad torturam sufficiens præbet.

Probationibus convinci debet. Th. 66. Non autem statim reus crimen fateri nolens absolvendus est, sed officium Judicis est, probationibus, si quas habere potest, ipsum convincere, ita ut reus si non confessus, at tamen de crimine convictus, puniatur. Cum quo consentit Ordin. Crim. Carolin. in art. 62. Wo der Beschlagte nichts bekennen und der Ankläger die beschlagte Mißhandlung beweisen wolt, damit soll er / als recht ist / zugelassen werden.

Quales probationes. Th. 68. Convincitur autem non solum propria sua scriptura, verum etiam testibus, l. qui sententiam C. de pœn. l. fin. C. de custod. reor. & paria sunt convictum esse aut confessum. Farin. part. 3. oper. crim. q. 81. n. 2. Qualitas autem testium consistit i. inhabilitate, ut jure testes esse possint. Quilibet enim in criminibus ad testificandum admittitur, nisi à lege expresse prohibitus reperiat, l. i. in fin. ff. de testib. Hinc prohibetur impubes, l. 19. §.

l. 19. §. fin. de testib. furiosus l. 3. §. lege. ff. eod. inimicus, surdus, mutus, cæcus, secundum Specul. in tit. de testib. infamis, d. l. 3. item mulier, de jure scilicet Canonico, per c. 33. q. 5. non verò de jure civili, per l. ex eo. de testib.

Th. 69. Et 2. sufficientes adhibeantur, hinc ad minimum duo testes requiruntur. l. ubi numerus. ff. de testib. text. in Deut. c. 19. v. 18. Matth. 18. 1. Cor. 13.

Th. 70. Non solum autem accusatorum & inquisitorum probationes sunt considerandæ; verum etiam reorum fundamenta & argumenta defensionis sunt audienda: Defensio enim reo non est deneganda, cum juris naturalis sit, ut ne bestiis quidem, nedum homini deneganda sit, l. 17. l. 1. §. cum arietes. ff. si quadrup. paup. fec. dic. l. 1. C. unde vi. quæ defensio etiam à Principe aut Imperatore adimi non potest, l. 3. §. si ad drom. ff. de re mil. l. 7. C. de jur. fisci. lib. 10.

Th. 71. Quæritur etiam: Si Mævius, filius Titii, sit accusatus de crimine famosi libelli, an Titius pater innocentiam filii allegare ac probare queat? Puto quod sic, publice enim interest innocentium causas defendi, l. servum 33. §. publice ff. de procurat. 2. Probo illud per textum in art. 47. Ordin. Crim. Carol. in verb. Oder aber auff Zulassung des Richters die Zeugen / so der Gefangene oder aber seine Freund deshalb stellen wolten / wie sich aber gebührt. &c. Et paulo post: Solche obgemeldte Rundschaftstellung auch dem gefangenen oder seinen Freunden auff ihr begehren / oder ohne gut rechtmessige Ursach / nicht abschlagen / der aberkant werden sollen. Ex quibus verbis patet, cognatos inquisiti, si innocentiam eius demonstrare velint, audiendos esse. 3. Probatur arg. l. si cuidam. C. de accus. & l. 11. ff. de publ. iud. quibus, Dominus potest servo suo defensor dari, cur non igitur multo magis filius defendi poterit per patrem, cum maior sit affectio in patre, quam in Domino, nec enim ullus affectus paternum vincit, l. fin. in pr. C. de Curat. fur. hinc filius censetur pars corporis patris sui. l. cum scimus. §. ult. C. de agricol. & cens. una caro c. contradicimus §. 1. caus. 35. q. 3. & ita una persona. l. fin. de C. imp. & al. subst.

Th. 72. Quæritur etiam an accusatus de crimine famosi libelli, an pater filii, accusati de crimine famosi libelli, innocentiam allegare possit?

F 2

Alia quæstio.

mosi libelli, qui ad deductionem innocentiae suae admissus, nihil probavit, denuò se offerens audiri debeat? Arbitror, si defensionis causam seu fundamentum aliquod novum allegat, eum, non tantum secunda, tertia, sed & quarta vice esse audiendum, arg. *l. cum de indebito. 25. in pr. ff. de probat. l. 5. & 8. ff. de except. l. si quidem 6. C. eod.* cum non de tritico & oleo legato, sed de vita & salute hominis agatur. Nihil ergo omittendum, quod ad probandam accusati innocentiam facere potest. *l. addictos. C. de appell.*

Deficientibus probationibus, tortura subiciendus est,

Th. 73. Deficientibus verò legitimis probationibus non statim accusatus de famoso libello absolvendus est: sed quia multum Reipublicae interest crimina non manere impunita, omnibus modis laborandum est, quo veritas eruatur, id quod per torturam commodissime fieri potest. Verum quidem est, quod per eam damnum irreparabile inferatur, & licet lacertus tormentis rursus mederi possit; nunquam tamen haec macula tollitur: quemadmodum nec virginitas semel corrupta, aut castitas amissa revera restitui potest, *l. 1. in pr. C. de rapt. virg.* Quin & hoc genus indagandi huius criminis periculosum sit, nam ut inquit Ulpianus: plerique patientia, sive duritia tormentorum ita tormenta contemnunt, ut exprimi eis veritas nullo modo possit: alii tanta sunt impatientia, ut quavis mentiri, quam pati tormenta velint, *l. in criminib. 1. §. quaestioni 23. ff. de quaest.* ita fit, ut multi qui hasce angustias sustinere coguntur, potius mori, quam vivere malint. *Nov. 134. cap. 13.* Imò multa etiam exempla occurrunt illorum, qui innocentes propter tormentorum saevitiam confessi & condemnati fuerunt, ut videre est apud Val. Maxim. *lib. 8. c. 4.* nihilominus tamen, suadente necessitate, adhibenda sunt tormenta, quod & probat August. *lib. 19. de civitate Dei, cap. 6.* necessitate, inquit, societatis humanae iudicem excusari, modo tormenta temperatè, atque legitime adhibeantur, quo ipso abufui, ex iniusto & immoderato quaestiois exercitio provenienti, facillime subvenire poterit.

1. Requisitum.

Th. 74. Hic autem i. requiritur, ut Iudex genera tormentorum probe perspecta habeat: Non enim quaelibet horribilia & inusitata tormentorum genera iudex decernere debet, sed

sed quæ usitata sunt & minus periculi habent, veritas tamen per ea extorqueri potest. *arg. l. un. C. de emend. serv.*

Th. 75. Genera autem tormentorum pluribus recenset **Genera**
 Damhoud. *in prax. rer. crim. cap. 37. num. 18.* qui videri potest. **tormenta**
 Hoc tamen noto, quod seculo hoc nostro, hæc genera tormen-
 torum in usu sint: compedes *Sußfessel*/nervi, catena, pedica, a-
 qua frigida, taxilli, Sibilla, cuneus, manica, *Dänischer Mantel*/
Spanische Rappen/ *Englische Jungfrau* / *Braunschweigische*
Stüffel & alia. Apud Romanos quaestio fiebat in eculeo,
 cuius meminit etiam Imp. Constantinus *in l. & si excepta. 7. in*
fin. C. de malef. & mathem. (quid autem eculeus? docet Carpz.
in pract. crim. part. 3. q. 117.) & per fidiculas, cuius meminit. *l.*
16. C. de quaest. Fidicula autem Germ. *ein Henckerstock* / est ma-
 china multis intenta funibus, quibus ceu fidibus distendeban-
 tur facinorosi.

Th. 76. 2. Requiritur, ut certi gradus tormentorum à **2. Requis.**
 Judice constituentur, notum enim est, quod non omnes indif-
 ferenter rei eodem modo torqueri debeant, sed aliqui gravius,
 aliqui lenius, secundum qualitatem criminis obiecti, & indicio-
 rum. 3. ut reus ante executionem de crimine famosi libelli com- **3.**
 misso, prius de spontanea confessione interrogetur. Qua de re
 extat Sanctio Imp. Carol. V. *in Ord. Crim. art. 46. in verb. So man*
den Gefangenen peinlich fragen will/von Ampts wegen/oder auf
Ansuchung des Klägers/soll derselbig zuvor/in gegenwertigkeit
des Richters/zweyer des Gerichts und Gerichtschreibers fleissig-
lich zu rede gehalten werden mit Worten/die nach Gelegenheit
der Person/te. Tortura enim adhibenda non est, si veritas per
 spontaneam confessionem haberi potest, *l. 1. §. 1. ff. de quaest. l.*
quoribus 12. C. eod. tit. 4. Ut carnifex verbis & gestibus severi- **4.**
 oribus & ad torquendum consuetis, irruat in reum, non aliter
 ac si ipsum torquere vellet, hacce enim territione veritas sæpe
 extorquetur.

Th. 77. 5. Judex in ipsa executione torturae sedulam **5.**
 operam navet, ut quantum personarum aetas, sexus, vires, con-
 ditio, & ratio ipsa permiserit, tormenta attemperet, sapius ra-
 rius, remissius, intentius habeat, quo vel innocentia, vel sup-
 plicio

plicio torti salvi maneant: non enim sine discrimine rei tormentis vexandi, & sub veritatis eruendæ prætextu horrendis modis dilaniandi, atque ea, quæ nunquam patrarunt, nunquam dixerunt, nunquam cogitarunt, confitenda adigendi sunt. 6. Requiritur, ne examinatio in ipso torturæ actu fiat, sed remissa ea, prout diserte cautum, in *Ord. Crim. Carol. art. 58.* non enim verisimile est reum veritatem in tantis cruciatibus posse eloqui.

Th. 78. Hinc quæritur: si tortus moritur, an iudex possit puniri & qua pœna? Resp. Distinguendo, aut Judex eum non iniuste, nec indebite torfit, atque ita modum non excessit, & tamen is tortus decessit, tunc is Judex nulla pœna punitur, ita tradit Bart. in *l. questionis. ff. de quest.* & ratio est, quia casu & fortuito contingit, tum quia rei licitæ is Judex operam dedit. Aut torfit eum indebite per dolum, ut quia nulla penitus indicia præcedebant, sed dolo ob inimicitiam, quam forte contra eum gerebat, ita acriter torfit, ut is tortus decesserit, tunc is Judex pœna capitali puniri debet, per *l. lex Julia 7. §. ult. ff. de leg. Jul. repet.* & Clarius *l. lege Cornelia. in pr. ff. ad L. Corn. de sic. & l. an. §. 1. C. de emend. serv.*

Acta Iudicio Ictorum necessario submitienda sunt,

Th. 79. Adhibitis itaque legitime tormentis, ulterius requirit *Ordin. Crim. Carolin.* eiusmodi acta Iudicio Jurisconsultorum necessario submitienda esse. in *art. ult.* in verb. *Wo aber die Obrigkeit ex officio und von Ampts wegen wider einen Mißhändler in peinlicher Anflag und Handlung vollführe/ so sollen die Richter/ wo ihnen zweiffel zusiel/ bey den nechsten Hohenschulen/ Städten/ Communen/ oder andern Rechtsverständigen/ da sie die unterricht mit den wenigsten koste zu erlange vermeinen / Rath zu suchen schuldig seyn.* Et postea: *Und ist dabey wohl zu mercken / daß in allen zweiffelichen Fällen nicht allein Richter und Schöppen/ sondern auch / was einer iedem solchen Obrigkeit in peinlichen Straffen zu rathen und zu handeln gebühret/ derohalben Rechtsverständiger / und aufferhalb der Partheyen kosten / Raths gebraudien.* Non vero eam ob rationem, quod ipsemet Judex pro discretionem suam, consilio aliorum Jurisconsultorum irrequisito, in hocce crimine sententiam

Ratio,



tentiam ferre, ac reum condemnare non possit, præsertim cum de eiusmodi causa benè sit informatus. Verum quoniam, proh dolor! Judices sæpe tales non sunt, quales esse debent, de quorum insolentia queritur Imp. Constantinus in l. 2. c. de exactio-
nibus tribut: quod legum sanctitatem violent, & humanam so-
cietatem evertant, imo Carnifices, non iudices. Plerique e-
nim sunt duriores, ne dicam crudeliores, qui rigorosissime su-
per dorsum pauperum inculpatorum procedunt, & contra o-
mnes iuriter terminos, approbatos mores, & usus consuetudina-
rios alios perdunt, & alios mactant. Contra vero plerique cle-
mentiores sunt ipsa lege, & nescio, ut inquit Petr. Heig. part.
1. quest. 37. n. 11. & 12. quam æquitatem cerebrinam sibi fin-
gunt. Imò sæpe, spe alicuius lucri & præmii, propter miseri-
cordiam rationem reddere malunt, quam propter crudelita-
tem, c. allegantem 20. q. ult. Hinc illud Poetæ:

Dat veniam corvis vexat censura columbas.

den Reichen am Gelde/
den armen im Felde.

Deinde neminem etiam latet, quod hodie multis in oppidis
merum imperium exercent plebei & Mechanici, tam legum,
quam rerum criminalium imperiti: Et posito, quod inter illos
etiam reperiantur, viri, qui probi, pii, prudentes, & docti sunt,
quos Carolus V. officinæ Justitiæ præesse vult, in art. 1. Ordin.
Crim. verb. Dasß alle peinliche Gerichte mit Richtern / Brschei-
lern und Gerichtschreibern versehen und besetzt werden sollen/
von frommen / ehrbarn / verständigen / und erfahrnen Personen
so tugendlichst und best dieselben nach Gelegenheit jedes Orths
zu bekommen seyn. Periculosum tamen est unius iudicio hanc
causam decidendam committere.

Th. 80. Peractis itaque peragendis in hocce processu,
si reus in negando perstiterit, unanimis est Doctorum senten-
tia, quod indicia criminis, quibus gravatus erat reus purgata
habeantur, ac proinde is absolvi & liberatus carceribus dimitti
debeat, l. ult. ibi, de servo quæstio habetur, quo absoluto. ff. de
salumn. & art. 61. Ordin. Crim. Und soll in diesem Fall der
Beflagte dergleichen seine Anhang/nach dem er seinem Verdachte
Ursach

Reo negan-
te, an ab-
solvend?

Brsach geben/ auch entrichten. Quo ipso, dum reus hoc casu ad refundendos sumtus solum obstringitur, ab omni reliqua pœna liberatur, quam sententiam (quod nempe rei crimen negantes absolvi debeant, præstita tamen ab ipsis Urpheda, **den Urphed schweren** / quod genus quoddam cautionis habetur, reo, qui carceribus relaxatur, jurante, se non ulturum, quicquid ibi passus est, daß er die Gefängnuß und Marter / weder mit Worten oder Wercken heimlich noch öffentlich / in keinerley Weisß oder Wege rächen wolle / *art. 20. Ord. Crim.*) praxis quotidiana, ut Bocerius *in tract. de quest.* dicit, comprobatur.

Reo confitente an condemnandus?

Th. 81. Si vero reus crimen famosi libelli confiteatur, condemnari debet. Sed cum nemo ex nuda confessione condemnandus sit, nec immerito, cum fieri possit, ut vel tædio vitæ, vel metu, vel impatientia tormentorum, vel alia de causa crimen quis fateatur, nec perpetratum, nec cogitatum *l. 6. ff. de appell. l. 1. §. 23. & 27. ff. de quest.* quem statim ad mortem condemnari rigorosum admodum esset, ne dicam periculosum, hinc exigitur, ut reus etiam in sua confessione perseveret, ac in loco iudicii publico eandem repetat & confirmet. Quam primum enim reus à quæstionum doloribus quieverit, viresque refecerit, è carcere & latebris in locum liberiores educi, & in iudicio sisti debet, ut confessionem in tortura factam ratificet, *l. 2. ubi Salicet. C. de cust. reor.* Quod etiam disertis verbis probat Imp. Carol. V. *in art. 56. §.* **Der Gefangene soll auch zum wenigsten über den andern / oder mehr Tage nach der Marter und seiner Bekantnuß / nach gutbedüncken des Richters / in die Bürtelstuben / oder ander Gemach für den Bann Richter / und zweent des Gerichts geführt / und ihm sein Bekantnuß durch den Gerichtschreiber fürgelesen / und alsdann anderwärts darauff gefragt / ob sein Bekantnuß wahr sey / und was er darzu sage / auch auffgeschrieben werden.**

Reo confessionem non ratificante.

Th. 82. Si vero reus in tortura quidem confessus crimen post unum verò vel alterum diem interrogatus confessionem revocet, nec ratificare velit, metum atq; dolores tormentorum prætendens, iisque magis quam veritatis amore ad confitendum se adactum fuisse dicens: tam sane sententia condemnatoria

natoria vel absolutoria ferenda non est, sed reus in carcerem ductus iterum sub tormentis de veritate delicti interrogari & quaestio repeti debet, art. 57. Ord. Crim. Carol. So der Gefangene die vorbekandte Missethat leugnet/ und doch der Argwohn als vorstehet/vor augen wäre / so soll man ihn wider in das Gefängniß führen/und weiter mit peinlicher Frage gegen ihm handeln/&c.

Th. 83. Hic quaeritur; num absolvendus sit reus, qui non solum in tortura, sed & extra locum torturae ad ratificandum ductus, crimen confessus, in die executionis verò, eam revocat, ut ita diem differat, & processum executionis impediatur? Respond. Ordin. Crim. Carolin. art. 91. in verb. Würde der Beklagte auff den ordentlichen Rechtstag der Missethat leugnen / die er doch vormahls ordentlicher/beständiger weiß bekennet / der Richter auch auß solchem Bekännuß in Erfahrung allerhand Umstände/so viel befunden hätte / daß solch leugnen von dem Beklagten allein zu ver hinderung des Rechts/wird fürgenommen/etc. So soll der Richter die zween geordnete Schöpsen / so mit ihm solche verlesene Brgricht vnd Bekännuß gehört haben / auff ihre Eynde fragen / ob sie die verlesene Brgricht gehört haben / und so sie ja darzu sagen / so soll der Richter in allweg bey den Rechtsverständigen / oder sonst an Orten vnd Enden als hernachmahls angezeigt / Rathspflegen.

An absolvendus reus, qui in die executionis crimen negat?

Th. 84. Cum autem finis hujus processus potissimum in eo consistat, ut dignitas eius, in quem crimen famosi libelli commissum, conservetur, delinquens puniatur, & ita bono publico subveniatur, ne ex vulnere unico totum pereat corpus, etiam si membrum abscindendum esset, si alioquin malum curari non posset.

Th. 85. Hinc merito etiam reus huius criminis poena digna coercetur, quoniam autem illa sit, non convenit inter Doctores. Puto de jure veteri esse fustuarium supplicium, ut etiam monet Horat. 2. Epist. 1. ad Augustum v. 152. & seqq. ibi:

quin etiam lex
Poena lata, malo quae nolle carmine quoniam
describi, vertere modum, formidine fustis,
ad benedicendum &c.

G

De



De jure novo & ex Constitutione Imperatorum Valentiniani & Valentis est capitalis, sæpe cit. *l. un. C. de fam. libell. ibi.* capitali sententiæ subiugandum, item capitali pœna plectetur.

Q. an pœna capita-
lis in *l. un. C. de fam. lib.* intelli-
genda sit
de morte
naturali?

Th. 86. Quærit hic Joh. Harprecht (& alii quos citat) in §. *iniuria l. n. 160. l. de iniuriis.* An verba illa de pœna mortis alia mitiore intelligenda sint, cum capitalis pœna in jure nostro dicatur non illa tantum, quæ damnato vitam, sed etiam quæ libertatem vel civitatem adimit, adeoq; caput è civitate tollit. *l. rei capitalis 2. & l. capitalium 28 ff. de pœn l 2 ff. de publicis iudic. l. 13. ff. de bonor. poss. l. 14. §. is demum ff. de bon. libert. l. 10. de jur. patr. l. 103. de verb. Sign.* & Respondet simul posterius affirmando per sequentes rationes, 1. quod verissima sit juris regula: quod in dubio, legum interpretatione potius molliendæ sint pœnæ, quam exasperandæ *l. 42. ff. de pœn.* 2. In dubio propiores esse debemus ad liberandum & absolvendum, quam ad obligandum & condemnandum *l. 47. ff. de obl. & act.* 3. In causis pœnalibus benignior sententia est amplectenda *l. 155. in fin. ff. de reg. jur.* ad hæc in obscuris semper id, quod minimum, sequendum est *l. 9. d. r.* Insuper in ambigua voce legis ea potius accipienda est, quæ vitio caret, *l. 19. ff. de leg.* At vitio non caret significatio capitalis pœnæ, si eam de ultimo supplicio accipere quis velit in lege quadam, quæ loquitur de crimine levi, cum pœna delicto par esse debeat *d. l. 11. in pr. ff. de pœn.* Quod ut alias concesserim, in præsentī tamen lege & materia per capitale supplicium mortis pœnam non intelligi, vix credere possum, cum hac ratione pœna famosi libelli mitior esset pœna iniuriæ simplicis, pro qua, nedum exilii, sed etiam fustigationis pœna dictari potest *l. ult. ff. de iniur.*

Th. 87. Puto igitur, neutram opinionem subsistere nec indifferentem mortis, nec exilii aut deportationis supplicium præcise obtinere; sed utrumque authoribus libellorum famosorum, sive pasquillantibus certo respectu infligendum esse. Illud mortis nempe supplicium, si crimen in libellis famosis expressum sit capitale & ultimo supplicio dignum, ita ut si verum hoc esset & probaretur, reus istius criminis mortis pœnam non effugere

effugere possit. Hoc vero, exilii videlicet, vel deportationis supplicium, si crimen obiectum capitale non sit, nec severiorem pœnam promereatur. Ut sic pœna talionis locum sibi vindicet, eademque animadversione diffamator coerceatur, qua unumquodque delictum in libello famoso obiectum, si verum esset, veniret puniendum. Quod in *Ordin. Crim. Carolin.* clare decisum est *in art. 110. verb.* Welcher jemand durch Schmachschriff/zu Latein Liber famosus genant / die er außbreitet / und sich nach Ordnung der Recht / mit seinem rechten Rauff und Zunahmen nicht unterschreibt / unrechlicher / unschuldiger weiß / Laster und Vbel zumißt / wo die mit Wahrheit erfunden würden / daß der geschmädtte an seinem Leib / Leben / oder Ehren peintich gestrafft werden möcht / derselbig böshafftig lästerer / soll nach erfundung solcher Vbelthat / als die Rechte sagen / mit der Pœn / in welche er den Unschuldigen geschmähten / durch seine böse / unwarhafftige Laster-schriff hat beybringen wollen / gestrafft werden. Vnd ob sich auch gleichwohl die auffgelegte Schmach der zugemessene That / in der Wahrheit erfunde / soll dennoch der Ausruffer solcher Schmach / nach vermög der Recht / und ermessung des Richters / gestrafft werden.

Th. 88. Et si vero Iudex legis pœnam sequi præcise te- An iudex
neatur l. 1. §. 4. ff. ad Sct. Turp. l. 15. in fin. pr. ff. ad municipalem. pœnam mi-
l. 131. §. 1. ff. de verb. signif. l. ult. C. Ne sacrum baptisma iteretur. titigare pos-
l. 19. ff. de verb. obl. l. 1. C. de defens. lib. 12. Certis tamen & ju- sit?
stis rationibus motus mitiorem sententiam dicere potest l. 3. C.
ex quib. caus. inf. irr. l. 11. in pr. l. 16. §. 1. ff. de pœn. l. 37. §. 1.
vers. in delictis. ff. de minoribus, Quod patet etiam ex Sanctione
Carolina, quæ sapius pœnam alicujus delicti, alias certam ac le-
gibus definitam pro ratione circumstantiarum, qualitate facti
& conditione personarum, immutari ac mitigari jubet, veluti
in art. 160. verb. Mehr soll ermessen werden der Stand und das
Wesen der Persohn / so gestohlen hat / und wie schädlich der Dieb.
stahl dem beschädigten seyn mag / und die Straffe darnach / an
Leib und Leben urtheilen. Item *in art. 159. 167. 171. & 109.*
Hinc à pœna ordinaria excipit Dominus Harprecht *supra d. l.*
& Farin. *quest. 102. var. & divers. quest. pag. 497.* 1. illum, qui fa-
mosum



mosum libellum quidem composuit, & etiam affixit, sed affixum, antequam ipsius publicatio facta est, pœnitentia ductus, sustulit, atque delevit, *arg. l. 19. ff. ad L. Corn. de fals. l. 1. C. de crim. stell. l. 3. de his qui not.* 2. Qui famosum libellum neque composuit, nec scripsit, sed ab alio compositum ac scriptum accepit, legit, descripsit, aut per alium sibi describi curavit, non tamen publicavit. 3. Cum quis libellum famosum ab alio acceptum, vicissim alii, & quidem uni tantum, secreto tradidit, quia ex traditione & communicatione alteri secreto facta, non obscure colligitur, communicantem non habuisse animum diffamandi. Tum quia libellum famosum manifestasse seu publicasse non dicitur, nisi qui effecit, ut ad notitiam plurimum perveniret. *Bart. in l. 21. in pr. ff. qui test. fac. poss.* 4. Cum quis libellum famosum invenerit quidem & legerit, nec corruperit: sed tamen illum non publicaverit. Cessante ita publicatione, & pœna capitalis cessare debet *c. cum cessante 60. ex 17. de appell.*

Th. 89. Jacob. Butrigar. *in saepe all. l. un. C. de fam. libell.* hic etiam excipit eum, qui libellum famosum quidem invenit vel ab alio recepit, eumque aliis ostendit, & manifestavit, verum authorem illius libelli à se inventi, vel sibi traditi monstrare paratus est. Quod tamen non defendo dicendo: authorem famosi libelli, ordinaria pœna subdendum esse, quamvis eundem ipse non ediderit vel publicaverit, sed alius quispiam hoc fecerit. Multo ergo magis manifestator est puniendus: quippe qui pandendo & spargendo libellum famosum plus quam ipse compositor deliquisse censetur, quia crimen istud perfecit, atque ita famam innocentis læsit. Uterque igitur tam propalator seu divulgator, licet authorem indicaverit, quam author venit puniendus. Alios excipit etiam *Farin. d. l. qui videri potest.*

Pœna typographi. f. l.

Th 90. Præterea & pictores, famosorum libellorum excussores, sculptores, sculpturas & picturas in religionis alicuius, vel etiam privati hominis infamiam typis imprimere, facere & divulgare in Imperio Romano Germ. prohibentur, simulque statuitur, ut contra hoc facientes amissione famosorum libellorum,

rum, potestatis excudendi libros, aliaque pœna arbitraria puni-
antur. *Recess. Imp. August de anno 1530. §. Und nach dem durch
die unordentliche Eruckerey & Ratisbon. de anno 1541. §. ferner
haben wir befunden/ daß die Schmähschriften.*

Th. 91. De jure autem Canonico, author famosi libel-
li flagellatur, *text. in cap. qui in alterius. 1. quinta. q. 1. imò &
potest deponi, cum sit crimen grave & damnatione dignissi-
mum, secundum Turrecem. in c. si qui. in fin. quinta q. 1. Et si
monitus neget delictum, illudq; fateri nolit, Sacramentis pri-
vatur, & si adhuc in negatione perstiterit, & excommunica-
tionem contempserit, excommunicetur & anathema sit, se-
cus si errorem suum fateri noluerit, quia tunc non excommu-
nicatur. Probantur hæc omnia per textum in c. quidam. 2. &
ibi gloss §. q. 1. Episcopus autem faciens famosum libellum non
flagellatur, quia est de illis personis, quæ tangi non possunt,
Bellarmin. in capitulis de prima quest. n. 1. caus. 5. q. 1 Ponens au-
tem libellos famosos in ecclesia anathemizatur, textus ad lite-
ram in c. si qui inventi. 3. & ibi gloss. & Dd. communiter. causa. 5.
quest. 1.*

Quomodo
de jure Ca-
non, vin-
dic.

Th. 92. Sequuntur jamiam causæ impediens execu-
tionem pœnæ, quarum 1. est mors delinquentis. Quæ non so-
lùm accusationem impedit, sed & delictum ipsum extinguit.
*l. 6. ff. de pub. jud. l. 10. ff. ad SCt. Turpill. l. 26. ff. de pen. l. 3. §. ult.
l. 19 ff. de accus. Neque enim liberi & hæredes noxiorum tenen-
tur, l. 20. d. l. 26. ff. de pœn. aut alios, quam suos teneant pœnæ
auctores, l. sancimus C. de pen.*

Contraria.
1. Mors cri-
minosi.

Th. 93. 2. Est præscriptio. Sicuti namque actionibus
civilibus certa præfinita sunt tempora, intra quæ possunt insti-
tuitur. *Inst. de perp. & temp. act.* Ita & in causis criminalibus
certum constitutum est tempus, quo elapso, delictum extin-
guitur, ita ut pœna cesset, & reus ulterius conveniri nequeat.
Quod tempus est annorum 20. de quo ita rescribunt Impp. Di-
oclet. & Maxim. in l. querel. 15 ibi: Querela falsi temporalibus
præscriptionibus non excluditur nisi viginti annorum excepti-
one, sicuti cætera quoque fere crimina. *C. ad L. Corn. de fals.*

2. Præscri-
ptio.

Th. 94. 3. Transactio, Juris enim expediti est, quod re-
gulariter

3. Transa-
ctio.

077

gulariter non tantum de causis civilibus, verum etiam, de omnibus criminibus publicis, sanguinis poenam ingerentibus, transigere liceat, *l. transigere. 18. de transact.* Quae transactio delinquentem a poena mortis liberare videtur, siquidem finis huius transactionis principalis est, ut reus transigens, sanguinem suum redimat. Sed haec ratio solum jus partis concernit, per quam nec iudici, nec tertio praedicitur, quare non obstante transactione, cum parte facta, reum ab aliquo tertio alio accusari posse, tradunt. Dd.

Th. 95. Transactione ergo hacce facta, nihilominus potest Iudex reum condemnare, tum quod Reipublicae maxime intersit, crimina puniri & delinquentes coerceri: tum quod nusquam in iure dispositum reperiatur, ut reus cum parte offensa transigens, poenam Iudicis effugiat: tum quod transactio partis offensa, quoad vindictam publicam derogare, aut ei praedictare non possit *l. 2. C. de re int. alios acta.*

Thesis Ultima. Et haec sunt, quae de materia famosorum libellorum proponere volui, quae quidem non pro materiae dignitate, sed pro ingenii tenuitate, ea, qua potui brevitate est pertractata. Tuum erit, Benevole LECTOR, ea, quae tibi minus recte hic posita videbuntur, benevolo oculo perlustrare, aequo animo dijudicare & sicubi erravi veniam mihi benigne concedere: non enim pigebit me, ut Augustini verba mea faciam, sicubi haesito quaerere, nec pudebit, sicubi erro, disce-
re. Et cum Juliano, illo Jcto, annos 78. agente *in l. 20. ff. de fideic. libert.* Etsi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiscere.

DIVINAE vero MAJESTATI gratias immortales ago, meque totum devovo.

F I N I S.



m-
na-
in-
ius
su-
er
ate
cu-

o-
ne
od
n-
io
a-

m
li-
est
bi
a-
g-
ea
e-
ic.
i-

175

777.

7

117

117.

V


VII

Dr
J. U
RU
Un

F







Strassburg, Diss., 1659-60

ULB Halle

3


005 607 590




TA → OL

VD 77







TRACTATUS
IVRIDICO-POLITICVS
DE
FAMOSIS LIBEL-
LIS

sen ut vulgo vocantur

PASQVILLIS,

QUEM

IN CELEBERRIMA ARGENTORATEN-
sium Vniuersitate breuiter adum-
bravit

JOHANNES CONRADUS *Koffenbauch*/
Heilbrunnensis.



ARGENTORATI,

Typis expressit ANTHONIVS HAVG,

M DC LX.

744.

28

1660, 87

Jesp. VI.

4.